
3 1761 08824697 0

Toronto University Library

Presented by

The Revd. H. H. Halford-Adcock. M.A.

through the Committee formed in
The Old Country

to aid in replacing the loss caused by
The disastrous Fire of February the 14th 1890

L. G.

LGr
S712Er

SOPHOCLIS
TRAGOEDIAE

AD
OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM
RECENSVIT
ET
BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT
CAR. GOTTLOB AVG. ERFVRDT.

VOL. VII.
OEDIPVS COLONEVS.

LIPSIAE
APVD GERHARDVM FLEISCHERVM
CIϽIϽCCCXXV.

SOPHOCLIS
OEDIPVS COLONEVS

AD

OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM

RECENSVIT

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

GODOFREDVS HERMANNVS.

LIPSIAE

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM

CIƆIƆCCCXXV.

8219 18190
Tres

PRAEFATIO.

Oedipum Coloneum duo nuper ediderunt viri docti, alter in Britannia, P. Elmsleius, alter popularis meus, Car. Reisigius, Saxo e Thuringia, quae nunc paret Borussis. Vtriusque utilissimus labor est. Atque Elmsleius quidem quum ab libris MSS. praeclara habuit praesidia, tum his copiis docte sapienterque usus est: qui si omissis aliorum adnotationibus uberiorem ipse commentarium scripsisset, maiorem etiam ab lectoribus iniisset gratiam. Nemo autem in eo viro non maximi faciat insignem moderationem animi incorruptumque a cupiditatibus iudicium: ut etiam sicubi dissentiendum tibi ab eo videas, non possit id molestum accidere: praevideas enim aequo animo laturum, et, si ei vera dixisse videare, probaturum; sin minus, argumentis sententiam suam, non fastu, tuiturum. Reisigii editio partim ante Elmsleianam, partim eodem tempore prodiit: quo factum est, ut ille non alia ad emendandam fabulam adiumenta haberet, quam quae ante Elmsleium essent cognita: sed tanto maiorem curam tum in commentationes criti-

eas, quibus hanc tragoediam instruxit, tum in enarrationem fabulae perelegantem, quam hic illic versibus scripsit, adiunctasque ei adnotationes impendit. Quo ille novo documento meum de eius ingenio iudicium comprobavit. Nam cum ab illo inde tempore, quo adolescens in auditoribus meis fuit, quia et indole eximia praeditum, et caetera egregie cordatum videbam, mirifice dilexi. Illud tamen vellem, neque insolita consectari amaret, et crederet etiam sibi aliquid humani posse accidere, nec putaret auctoritati suae consulere, qui, si saltans forte in tripudio pedem offenderit, artis lege id factum simulet. Nam quis tamen, nisi *volgus redamtruet olli?*

Hoc ipso tempore, quo haec scribebam, septimum volumen imprimebatur Erfurdtianae editionis maioris, Oedipum Coloneum continens. Eius edendi provinciam receperat A. Seidlerus; sed is postea, intercedente Schaefero, partes suas concessit L. Hellero, professori Erlangensi, qui id negotium cum collega suo L. Doederlinus est partitus. Huius editionis aliquot folia vidi: unde aliquot locis eius mentio est a me facta.

Tot igitur viris doctis in hac fabula occupatis putavi me non pauca praeterire posse, quae ab illis peti possent, si quis plura de nonnullis rebus requireret. Ideo etiam librorum scripturas tantum eas adnotavi, quae magis memorabiles viderentur, nisi in iis locis, quos corrigendos censerem, in quibus conveniebat

omnem indicari lectionis diversitatem. Sunt autem libri, quorum accuratiorem notitiam debemus Elmsleio, hice.

Laurentianus A. membranaceus, in bibliotheca Laurentiana, quae Florentiae est, plut. XXXII. cod. 9. de quo Bandinius T. II. p. 132. antiquissimus liber, idemque optimus. Ex eo scholia Romana, sed minus quam putabatur diligenter impressa esse Elmsleius docuit.

Laurentianus B. eiusdem bibliothecae plut. XXXI. cod. 10. de quo Bandinius T. II. p. 85. recens, mendosissime scriptus, admissisque in textum coniecturis librarii.

Parisienses A. et B. in bibliotheca regia n. 2712. et 2787. usurpati a Brunckio.

Parisiensis F. eiusdem bibliothecae n. 2886. neglectus a Brunckio, primumque collatus a Fähsio. Derivatus videtur Elmsleio ex Laur. A.

Parisiensis T. eiusdem bibliothecae n. 2713. quo Turnebus et Brunckius usi sunt. Recensionem habet Triclinii, quem Elmsleius observat multa ex antiquioris cuiusdam grammatici recensione, quae servata est in cod. Par. B. adscivisse.

Riccardianus A. Florentiae in bibliotheca Riccardiana, consentiens fere cum Parisiensi A. sed recentior illo et longe deterior.

Riccardianus B. eiusdem bibliothecae, recens, pessime scriptus, mutilus: terminatur versu 854. ed. Br. Derivatus e Laur. A.

Vaticanus e bibliotheca Palatina, n. 287. cuius collationem habuit Dorvillius, quae typis

descripta est in ed. Sophoclis Oxoniensi a. 1812. Aliam longe meliorem ab Amatio Elmsleius accepit. Consentit hic codex cum Par. B. qui tamen haud paullo emendatior est.

Farnesianus, e bibliotheca Farnesiana Neapolin in bibliothecam regiam illatus, Triclinianam recensionem habens, sed multo mendosius exaratam, quam in Par. F.

His ego addo Venetum, membranaceum, cuius collationem Imm. Bekkeri liberalitati debeo, qui eum, nisi fallor, in bibliotheca Parisina contulit, notatum n. 616. unde eum ad alias Sophoclis fabulas Parisinum appellavi. Is in Oedipo Coloneo magnas lacunas habet. Conspirat cum Vaticano.

Ex his codd. perutiles esse Laurentianum A. Parisinos A. B. T. ut, qui horum copiam habeat, facile carere possit caeteris, ab Elmsleii observatum est. Idem ad v. 7. et 13. scribit, codd. Par. B. T. Vat. Farn. quibus addendus est Venetus, si in eadem scriptura consentiant, pro uno codice numerandos esse, quaeque lectiones in his libris solis inveniantur, non maiorem coniecturis auctoritatem habere.

Editionum eas omnes, quae textum Aldinum habent, veteres ego brevitatis caussa appellavi; Turnebi autem, Stephani, Canterique editiones, et quae ex his expressae sunt, Triclinianas. In veteribus illis memorabilis est Iuntina secunda, a. 1547. a P. Victorio curata, quae in utroque Oedipo et in Trachiniis aliquot

locis ab Aldina discedit, auctoritate vel codicis Laur. A. vel alius ex illo derivati libri, ut Elmsleio videtur. Hanc editionem, sed non ubique, sequitur Francofurtana a. 1555.

Ad fabulam ipsam quod attinet, grammaticus, qui scripsit argumentum, quod est in cod. Laur. A. sic refert: *τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος, ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασὶν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι·* i. e. Ol. XCIV. 3. Ex hac narratione quum colligi possit, non esse hanc tragoediam vivo Sophocle in scena actam, facile quis adduci poterit, ut verum esse credat, quod vulgo creditum est, esse eam a poeta in extrema senectute scriptam. Eius opinionis antiquissimus auctor est Cicero in Catone maiore c. 7. qui sic scribit: *Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit: quod propter studium quum rem familiarem negligere videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus, quaesisseque num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato, sententiis iudicum est liberatus.* Appuleius in Apologia p. 298. *Sophocles poeta Euripidi aemulus et superstes, vixit enim ad ex-*

tremam senectam: quum igitur accusaretur a filio suomet dementiae, quasi iam per aetatem desiperet, protulisse dicitur Coloneum suam, peregregiam tragoediarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eamque iudicibus legisse, nec quidquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut audacter dementiae condemnarent, si carmina senis displicerent. Ibi ego comperior omnes iudices tanto poetae assurrexisse, miris laudibus eum tulisse, ob argumenti sollertiam et cothurnum facundiae, nec ita multum omnes abfuisse, quin accusatorem potius dementiae condemnarent. Valerius Maximus VIII. 7, 12. *Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit, tam benigne mirifica illa opera sua exhibendo, quam illa operibus eius tempora liberaliter subministrando. Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto, qua sola fabula omnium eiusdem studii poetarum praeripere gloriam potuit: idque ignotum esse posteris filius eius Iophon noluit, sepulcro patris quae retuli insculpendo.* Plutarchus in libro de rep. ab sene gerenda p. 785. A. Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ὑπὸ τῶν υἱῶν παρανοίας δίκην φεύγων, ἀναγνῶναι τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνοῦ πάροδον, ἧ ἐστὶν ἀρχή, εὐίππου, ξένε, τᾶσδε χώρας ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα, τὸν ἀργῆτα Κολωνόν, ἔνθ᾽ ἁ λίγεια μινύρεται θαμίζουσα μάλιστ᾽ ἀηδὼν χλωραῖς ὑπὸ

βάσσαις. Lucianus in Macrobiis c. 24. T. III. p. 226. *Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος ὅπως ὑγιαίνει· ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν.* Paullo aliter, sed verbis non mendo vacantibus, haec referuntur in vita Sophoclis: *φαίνεται δὲ καὶ παρὰ πολλοῖς ἡ πρὸς τὸν υἱὸν Ἰοφῶντα γενομένη αὐτῷ δίκη ποτέ. ἔχων γὰρ ἐκ μὲν Νικοστράτης Ἰοφῶντα, ἐκ δὲ Θεωρίδος Σικυωνίας Ἀρίστωνα, τὸν ἐκ τούτου γενόμενον παῖδα Σοφοκλέα τοὔνομα πλέον ἔστεργε, καί ποτε ἐν δράματι εἰςήγαγε τὸν Ἰοφῶντα αὐτῷ φθονοῦντα καὶ πρὸς τοὺς φράτορας ἐγκαλοῦντα τῷ πατρί, ὡς ὑπὸ γήρως παραφρονοῦντι· οἱ δὲ τῷ Ἰοφῶντι ἐπετίμησαν. Σάτυρος δέ φησιν αὐτὸν εἰπεῖν, εἰ μέν εἰμι Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ· εἰ δὲ παραφρονῶ, οὐκ εἰμὶ Σοφοκλῆς· καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραναγνῶμαι.* Iisdem fere verbis haec scripta exstant in scholiis ad Ranas v. 73. ubi disertius etiam legitur, *εἰςήγαγε δέ ποτε Σοφοκλῆς ἐν δράματι τὸν Ἰοφῶντα.* Sed illud *ἐν δράματι* nec per se ferri potest, quia non comoedias scripsit Sophocles, a satyricis autem fabulis aliena est aequalium in scenam introductio, nec congruit cum reliqua narratione. Vnde veri simile est, scribendum esse *ἐν δικαστηρίῳ.* Ac nescio an etiam probabilius

sit ab Sophocle accusatum esse Iophontem, quod se dementiae insimularet, quam ab Iophonte Sophoclem. Boeckhius quidem quum in libro de tragicis Graecis p. 137. istam horum grammaticorum narrationem ineptam appellavit, fecit quod saepius, damnavit, quod non e re sua esset. At illa narratio adeo non modo inepta, sed absurda est, ut emendandam potius, quam non audiendam fuisse pateat. Sed utut se habuit res illa, non sequitur verum esse, quod Cicero, Valerius Maximus, Appuleius referunt, si in extrema senectute iudicium illud subiit Sophocles, etiam Oedipum eodem tempore ab eo scriptum esse. Potuit enim, ut se integra mente uti ostenderet, etiam fabulae multo aute scriptae carmen recitare, neque opus erat, ut ea fabula ignota esset iudicibus. Sed tamen ex argumento illo cod. Laur. videtur colligi posse, non esse Oedipum vivo Sophocle in scenam productum. Ac Thierschius quidem quod ex illius grammatici verbis collegit, inchoatam ab Sophocle nostro hanc fabulam esse, sed quum esset in ea scribenda mortuus, absolutam ab Sophocle filio Aristonis, non magis puto cuiquam veri simile visum iri, quam quod idem Thierschius iudicat, iuvenilis necdum corroborati ingenii vestigia in hac tragoedia inveniri. Senectutis contra indicia deprehendisse sibi visi sunt Iacobsius, cum eoque Boeckhius p. 137. Ego quidem sic censeo, si quis hanc fabulam non opinione aliqua praepeditus accurate legat, reputetque et

argumenti naturam et personarum quae in ea introducuntur aetatem atque conditionem, nihil esse inventurum, quod non aeque a iuvenilis roboris exsuperantia quam a verbosa lenitate senectutis absit. Adeo mira est ubique sententiarum, dictionis, numerorum vis et gravitas, pro loci cuiusque natura personarumque moribus nunc ad summam alacritatem concitata, nunc temperata ad eximiam mollitiem. Quod si ex numeris versuum, quibus multum in hoc genere tribuendum est, iudicare volumus, non post Olymp. LXXXIX. scriptam esse hanc tragoediam, iam in Erfurdtii ed. Oedipi Regis monui, p. 478. Atque Reisigius non modo Boeckhium recte refutavit, qui p. 187. summum inter Athenienses et Thebanos odium fuisse, quo tempore haec fabula acta est, scripsit, sed etiam scite monstravit, adscribendam videri Olympiadis LXXXVII. anno secundo vel tertio, quo tempore poeta annum ferme septimum et sexagesimum agebat. Et in hanc quidem aetatem recte cadit, quod scriptum est in argumento fabulae: τὸ δὲ δρᾶμα, τῶν θαυμαστῶν· ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε. Perseverat tamen in sua sententia Boeckhius, ut ostendit in dissertatione quam nuper Germanice de Antigona scripsit p. 6. Reisigium a Süvernio refutatum existimans. Atque hic quidem in commentatione Germanice scripta, qua de locis quibusdam tragicorum ad rei publicae tempora spectantibus exposuit, illud sane Reisigio recte obiecit,

minime probabilem esse, quam ille protulit explicationem versuum 1534—1537. ed. Br. sed ea re nihil labefactatur eius de tempore, quo scripta sit haec fabula, sententia. Nam quae praeterea attulit Süvernius, quid momenti habeant, ego quidem me fateor non intelligere. Nituntur enim illa opinione, quam hic a Boeckhio accepit, nescio quid odii illo tempore inter Athenienses et Thebanos fuisse: cuius odii tantum abest ut indicium in hac tragoedia ullum reperiatur, ut aliquot loci amicitiam inter eos fuisse ostendant. Idque unus prae caeteris locus evidentissime vincit. Nam quis censebit, si illo tempore inimicitia gentibus illis intercessisset, scribere poetam potuisse hos versus:

καίτοι σε Θῆβαί γ᾽ οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν.
οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν.

Nimirum Boeckhius, quum de hac tragoedia in libro illo dicebat, festinantius eam inspexerat, ad Creontis personam magis, quam ad res Thebanorum Atheniensiumque animum advertens. Vnde falsa opinione concepta et ipse dixit, quae aliter non erat dicturus, et, ut fit, alios ipsius iudicio fretos in societatem erroris induxit. Non enim soli Süvernio id accidit, sed etiam Frider. Hoepfnero, qui ante hos duos annos eleganter scriptam de Oedipo Coloneo dissertationem edidit: in qua, de eodem illo odio persuaderi sibi passus, hanc fabulam Ol. XCIII. anno tertio editam censet. Quae

disputatio quoniam sponte concidit, si illud nullum fuit odium: nam quae ille praeterea attulit, coniecturis continentur certa testium fide destitutis: non opus videtur ut plura de ea dicam. Quae autem proposita Sophocli fuisse in scribenda hac tragoedia putat, ut patriae amorem suaderet civibus, ut antiquam vitae simplicitatem atque in re publica administranda dexteritatem, animum in summo quo tum versata sit Atheniensium civitas periculo fortem et intrepidum commendaret, simul vero etiam ut curiae ex qua oriundus esset monimentum insigne erigeret: eorum illud tantum, quod postremo loco posuit, verum est. Nam quod de periculo dicit, in quo tum fuerit civitas Atheniensium, neque concedi potest, nisi tempore fabulae argumentis non vanis demonstrato, neque in ipsa fabula habet quo nitatur: caetera ita sunt comparata, ut ostendi mihi velim poetam, qui odium in patriam et imperitiam gerendae rei publicae laudarit. Verum enimvero multos hac aetate in eo sibi placere video, ut antiquos poetas ea sibi in faciendis carminibus suis proposita habuisse dictitent, quae non nisi vel supra modum docto grammatico, vel eleganti alicui ex numeroso bellorum hominum grege philosopho in mentem veniant. Qui mihi neque antiquos illos bene cognovisse, nec poesis quid sit, aut quomodo carmen condat poeta, scire videntur atque animo comprehendisse.

Convertam nunc orationem ad aliam ma-

teriam, de qua me dicturum promisi in adnotatione ad v. 409. Communis enim doctorum opinio est, pro ἄρα poetas metri caussa etiam ἆρα dixisse. Id quamquam non exigua comprobari exemplorum copia videtur, tamen mihi accuratius illa exempla consideranti paucissima visa sunt ita ab interrogatione aliena esse, ut ad confirmandam opinionem illam aliquid momenti habeant: eaque pauca vel manifesto corrupta, vel ob ipsam in tam frequenti huius particulae usu raritatem suspecta esse deprehendi. Constat, particulae ἄρα vim proprie in concludendo versari, ut si *ergo;* sed eam saepe ita attenuari, ut nihil nisi coniecturam indicet. Manet illa particulae ratio etiam in interrogando, quum illud, de quo interrogamus, non tota enunciatio est, sed pars eius: ut apud Aeschylum, τίς ἄρα ῥύσεται; quod est quaerentis, is, a quo salus sperari possit, qui sit. Id si sic invertis, ῥύσεται ἄρα τις; iam non quis ille sit, sed aliquis quid sit facturus, quaeris, servaturusne, an non servaturus. Sed quum quaestio ad totam enunciationem pertinet, particula illa praeter eum quem natura sua habet accentum, etiam accentum interrogationis accipit, qui, quia non de parte sententiae quaeritur, non potest in aliquo eorum verborum esse, ex quibus constat sententia. Ita geminato accentu fit ἆρα, quod fere in principio sententiae collocatur, ut ἆρα ῥύσεταί τις; quod qui dicit, nec qui sit ille, qui sit servaturus, neque ali-

quis utrum servaturus an facturus aliquid aliud sit, quaerit, sed totum illud, exstiturusne sit aliquis servator an non, scire cupit. Saepe vero *ἆρα* etiam in media sententia ponitur: quod fit coniuncto utroque interrogationis genere, quum simul de parte enunciationis et de tota enunciatione quaeritur. Ita Sophocles: *ἀλαῶν ὀμμάτων ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος;* Et in Antigona v. 632.

ὦ παῖ τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων
τῆς μελλονύμφου, πατρὶ λυσσαίνων πάρει,

Euripides Or. 190.

πρόδηλος ἆρ' ὁ πότμος;

et v. 1512.

ἐνδίκως ἡ Τυνδάρειος ἆρα παῖς διώλετο;

et in Iphig. Taur. 932.

ταῦτ' ἆρ' ἐπ' ἀκταῖς κἀνθάδ' ἠγγέλθης μανείς;

et in Heracl. 269.

οὐκ ἆρ' ἐς Ἄργος ῥᾳδίως ἄπει πάλιν;

Aristophanes Plut. 579.

τὸν Δία φήσεις ἆρ' οὐκ ὀρθῶς διαγιγνώσκειν τὸ κράτιστον;

Acharn. 237.

σῖγα πᾶς. ἠκούσατ', ἄνδρες, ἆρα τῆς εὐφημίας;

Vesp. 234.

Εὐεργίδης ἆρ' ἐστί που 'νταῦθ', ἢ Χάβης ὁ Φλυεύς;

Pac. 372

νῦν ἆρά με
ἅπασ' ἀνάγκη 'στ' ἀποθανεῖν;

Thesm. 1.

ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται;

Ad hoc genus pertinet illud Euripidis in Ione v. 563.

ὦ φίλη μῆτερ, πότ' ἆρα καὶ σὸν ὄψομαι δέ-
μας;

quod divisim si scribimus, est id ποτὲ ἆρα, *umquamne*. Nam ne quis putet πότ' ἆρα dictum esse pro πότε ἄρα, consideret velim duplicem quae his verbis continetur quaestionem: ἆρα ὄψομαί σε; et ποτὲ ὄψομαί σε; Eodem modo τίς ἆρα aliud esse quam τίς ἄρα, apertissime intelligitur ex his Euripidis in Troad. 292.

τὸ μὲν σὸν οἶσθα, πότνα· τὰς δ' ἐμὰς τύχας
τίς ἆρ' Ἀχαιῶν ἢ τίς Ἑλλήνων ἔχει;

i. e. τίς ἔχει; et ἆρ' Ἀχαιῶν τις ἢ Ἑλλήνων ἔχει. Et in Iphig. Aul. 1223.

λόγος δ' ὁ μὲν σὸς ἦν ὅδ'· ἆρά σ', ὦ τέκνον,
εὐδαίμον' ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὄψομαι
ζῶσάν τε καὶ θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ;
ἐμὸς δ' ὅδ' ἦν αὖ, περὶ σὸν ἐξαρτωμένης
γένειον, οὗ νῦν ἀντιλάζομαι χερί·
τί δ' ἆρ' ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ' εἰςδέξομαι
ἐμῶν φίλαισιν ὑποδοχαῖς δόμων, πάτερ;

Quod esse, τί δ' ἐγώ σε ποιήσω; ἆρα τοῦτο; ipsa quae explicandi caussa adiecta sunt verba docent. Sic etiam Aristophanes Vesp. 893.

τίς ἆρ' ὁ φεύγων οὗτος ὅσον ἁλώσεται;

I. e. *τίς ὁ φεύγων;* et *ἆρ' οὗτος;*

Omninoque saepe *ἆρα* interrogativo alia verba propter rhetoricam aliquam rationem praemittuntur. Aeschylus Choeph. 295.

τοιοῖςδε χρησμοῖς ἆρα χρὴ πεποιθέναι;

Sophocles Ai. 1368.

σὸν ἆρα τοὔργον, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται;

Oed. Col. 858.

καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
θήσεις;

Euripides Cycl. 633.

HM. β΄. ἡμεῖς δὲ χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα.
HM. ά. ταυτὸν πεπόνθατ' ἆρ' ἐμοί; HM. β΄.
τοὺς γὰρ πόδας
ἑστῶτες ἐσπάσθημεν οὐκ οἶδ' ἐξ ὅτου.

Aristophanes Thesm. 7.

MN. οὐ δεῖ μ' ἀκούειν; EY. οὔχ, ἅ γ' ἂν
μέλλῃς ὁρᾶν.
MN. οὐδ' ἆρ' ὁρᾶν δεῖ μ'; EY. οὔχ, ἅ γ'
ἂν ἀκούειν δέῃ.

Aperte hoc aliud est, quam si dixisset, *οὐδ' ἄρ' ὁρᾶν δεῖ με;* quod esset concludentis ex iis quae dixit Euripides. At non concludit, sed interrogat: quod potuerat etiam sic facere, *ἆρ' οὐδ' ὁρᾶν δεῖ με;* nisi aptius visum esset, connectendae orationis caussa praeponi *οὐδέ*. Sed in Nub. 1252. neganti Strepsiadae se debita redditurum esse Pasias recte respondet,

οὐκ ἄρ' ἀποδώσεις;

non igitur reddes? Et v. 121.

οὐκ ἄρα, μὰ τὴν Δήμητρα, τῶν γ' ἐμῶν ἔδει.

Quae patet ita esse pronuncianda, ut οὐκ fortius proferatur: quod contra, ubi ἆρα sequitur, hoc est fortius pronunciandum quam praegressa negatio.

Id elucebit etiam ex his quae statim afferam exemplis. Etenim ut iam illud genus commemorem, in quo maxime falli videntur, qui ἆρα pro ἄρα dici posse putant, tanta est interrogationis atque exclamationis coniunctio atque affinitas, ut exclamatio fere nihil nisi interrogandi quaedam forma esse videatur. Sed est hoc genus varium et multiplex, nunc admirationi, nunc dolori, nunc indignationi, aliisque animi affectionibus inserviens. Et interdum quidem apertissima in his est interrogatio, ut in Sophoclis Aiace v. 1238.

οὐκ ἆρ' Ἀχαιοῖς ἄνδρες εἰσὶ πλὴν ὅδε;

et in Philocteta v. 106.

οὐκ ἆρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ;

et v. 114.

οὐκ ἆρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἴμ' ἐγώ;

Aristophanes Av. 88.

ΕΥ. εἰπέ μοι,
σὺ δὲ τὴν κορώνην οὐκ ἀφῆκας καταπεσών;
Π. μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. ΕΥ. ποῦ γάρ ἐστιν;
Π. ἀπέπτατο.
ΕΥ. οὐκ ἆρ' ἀφῆκας, ὦ 'γάθ'; ὡς ἀνδρεῖος εἶ.

Et in his quidem negatio praecedit. Alia huius generis haec sunt. Sophocles Ai. 905.

τίνος πότ᾽ ἆρ᾽ ἔπραξε χειρὶ δύσμορος;

quicum comparari potest haec apud Aristophanem exclamatio in Pace v. 1240.

τί δ᾽ ἆρα τῇ σάλπιγγι τῇδε χρήσομαι;

quod sine exclamatione *τί δ᾽ ἄρα* dicendum fuisset. Brunckius ibi ex libro non optimo dedit, *τί δ᾽ ἔγωγ᾽ ἄρα*. Eiusmodi exclamationes sunt etiam hae, in Avibus v. 161.

ὑμεῖς μὲν ἆρα ζῆτε νυμφίου βίον.

et v. 1530.

ἐντεῦθεν ἆρα τοὐπιτριβείης ἐγένετο.

Cum quo loco non videtur comparari posse, quod in Pace v. 892. repositum est,

διὰ ταῦτα καὶ κεκάπνικεν ἆρ᾽. ἐνταῦθα γάρ.

Recte, nisi fallor libri, *κεκάπνικ᾽ ἄρ᾽*, ut postrema potius verba emendanda sint, *ἐνταυθὶ γὰρ οὖν*, vel simile quid scribendo. Porro in Aiace v. 737.

ἰού, ἰού,
βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ᾽ ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν
πέμπων ἔπεμψεν, ἢ ᾽φάνην ἐγὼ βραδύς.

Euripides in Hippolyto v. 1012.

μάταιος ἆρ᾽ ἦν, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρονῶν;

Iph. Taur. 472.

φεῦ, τίς ἆρα μήτηρ ἡ τεκοῦσ᾽ ὑμᾶς ποτέ,
πατήρ τ᾽, ἀδελφή τ᾽, εἰ γεγῶσα τυγχάνει,

οἵων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν
ἀνάδελφος ἔσται;

Heracl. 640.

ὦ φίλταθ', ἥκεις ἆρα νῷν σωτὴρ βλάβης;

Et in Electra v. 1229.

φονέας ἔτικτες ἆρά σοι;

Magis eluc.t vis exclamationis in his exemplis. Sophocles Ai. 980.

ὤ μοι, βαρείας ἆρα τῆς ἐμῆς τύχης.

Electr. 1179.

οἴμοι ταλαίνης ἆρα τῆςδε συμφορᾶς.

Oed. R. 1394.

ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε καὶ τὰ πάτρια
λόγῳ παλαιὰ δώμαθ', οἷον ἆρά με
κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε.

Oed. Col. 1399.

οἴμοι κελεύθου τῆς τ' ἐμῆς δυςπραξίας,
οἴμοι δ' ἑταίρων· οἷον ἆρ' ὁδοῦ τέλος
Ἄργους ἀφωρμήθημεν, ὦ τάλας ἐγώ,
τοιοῦτον, οἷον οὐδὲ φωνῆσαί τινι
ἔξεσθ' ἑταίρων, οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν,
ἀλλ' ὄντ' ἄναυδον τῇδε συγκῦρσαι τύχῃ.

Et v. 408.

οὐκ ἆρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε.

Et v. 409.

ἔσται πότ' ἆρα τοῦτο Καδμείοις βάρος.

Quae sunt Ismenae verba, cum dolore ita ex-

clamantis. Tale est etiam illud apud Euripidem Phoen. 569.

ὀδυνηρὸς ἆρ' ὁ πότμος, ὃν ζητεῖς ἔχειν.

Et in Oreste v. 1207.

Πυλάδη, τοιαύτης ἆρ' ἁμαρτήσει τάλας
γυναικός, ἢ ζῶν μακάριον κτήσει λέχος.

Aliud genus exclamandi cum gravi asseveratione coniunctum est, in quo genere epici, a quorum sermone aliena est particula *ἆρα*, pariter ut in interrogatione *ἦ ῥα* usurpant. Aeschylus Choeph. 432.

τὸ πᾶν ἀτίμως ἔλεξας, οἴμοι.
πατρὸς δ' ἀτίμωσιν ἆρα τίσει,
ἕκατι μὲν δαιμόνων,
ἕκατι δ' ἁμᾶν χερῶν·
ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας ὀλοίμαν.

Sophocles Oed. Col. 408.

οὐκ ἆρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε.

Euripides Phoen. 1669.

νὺξ ἆρ' ἐκείνη Δαναΐδων μ' ἕξει μίαν.

Hippol. 1086.

κλαίων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται.

Iphig. Aul. 311.

σκήπτρῳ τάχ' ἆρα σὸν καθαιμάξω κάρα.

Ac nescio an ad idem genus etiam haec Aristophanis referenda sint, Vesp. 299.

μὰ Δί', οὐκ ἆρα προπέμψω σε τολοιπόν.

Av. 1308.

οὐκ ἆρα, μὰ Δί', ἡμῖν ἔτ' ἔργον ἑστάναι.

Lys. 933.

νὴ Δί', ἀπολοίμην ἆρα.

Cuiusmodi in locis Elmsleio ad Acharn. 323. visum est *τἄρα* esse reponendum. At id tamen non ubique fieri potest. Sic in illa asseveratione in Vespis 839.

τοῦτ' ἆρα πρῶτον τἀδίκημα τῷ πατρὶ
εἰςακτέον μοι.

Sed in Euripidis Helena v. 84. non dubitandum puto quin scribendum sit,

οὐτἄρα σ' Ἑλένην εἰ στυγεῖς θαυμαστέον.

Legitur ibi vulgo *οὐκ ἄρα.*

Ex iis quae disputavimus consequitur, ubi neque interrogationi, neque exclamationi locus est, non esse ferendum *ἆρα.* Atque aliquot quidem in locis non est dubitandum quin *ἆρα* vel *γ' ἆρα* in *τἄρα* mutandum sit, ut in Hippolyto v. 441. ubi videndus Monkius. Sic in Electra Euripidis v. 373.

πῶς οὖν τις αὐτὰ διαλαβὼν ὀρθῶς κρινεῖ;
πλούτῳ; πονηρῷ τἄρα χρήσεται κριτῇ.

Ita iam Seidlerus coniecit. Vetus scriptura est *γ' ἆρα,* ut in Aristoph. Pluto v. 921. ubi eadem facienda est correctio:

νὴ Δία, πονηρόν τἄρα προστάτην ἔχει.

Et in Av. 1542. Elmsleii monitu,

ἅπαντα τἄρ' αὑτοῦ ταμιεύει.

Et in Aeschyli Choephoris 110.

ἐμοί τε καὶ σοί τἄρ' ἐπεύξομαι τάδε.

atque ibidem v. 219.

αὐτὸς καθ' αὑτοῦ τἄρα μηχανοῤῥαφῶ.

In Acharn. 325. miror Elmsleium reliquisse

δήξομ' ἆρ' ὑμᾶς ἐγώ.

Nam quum cod. Rav. habeat *δήξομ' ὑμᾶς γὰρ ἐγώ*, non videtur dubitari posse quin scribendum sit, *δήξομ' ὑμᾶς τἄρ' ἐγώ*. Aliis in locis *ἆρα* recte est in *ἄρα* mutatum, ut a Brunckio in Avibus Aristophanis v. 284. et in Eccles. 231. Sed idem in eadem fabula v. 672. ubi scriptum est,

οὐδὲ κυβεύσουσιν ἄρ' ἅνθρωποι,

scribi volebat *κυβεύσουσ' ἆρ'*, a qua coniectura eum retinere debebat versus 668. ubi eodem modo dictum *ἄρα*. Eadem ratio est versus in eadem fabula 462. ubi corrupte cod. Rav. *οὐδὲ στένειν τὸν ὄρθρον ἆρα πρᾶγμ' ἔτι πρᾶγμ' ἆρά μοι.* Scribe:

οὐδὲ στένειν τὸν ὄρθρον ἄρ' ἔτι πρᾶγμά μοι;

Sic v. 460. est,

οὐδ' εἰς δικαστήριον ἄρ' εἶμ', ἀλλ' ἡ γυνή;

Vsitata est formula ἔμελλον ἄρα, ut in Ranis v. 268.

ἔμελλον ἄρα παύσειν πόθ' ὑμᾶς τοῦ κοάξ.

Vnde recte aliquot libri in Nub. 1301.

φεύγεις; ἔμελλον ἄρα σε κινήσειν ἐγώ.

Male autem alii, ἔμελλον σ' ἆρα κινήσειν ἐγώ. Nec vitio caret illud in Ach. 347.

ἐμέλλετ' ἆρ' ἅπαντες ἀνασείειν βοήν.

Sic liber Ravennas. Alii fere ἄρα πάντες et βοῆς. Ac laboratur etiam in interpretatione. Vide an scribendum sit:

ἐμέλλετ' ἄρ' ἀπαντῶντες ἀνασείειν βοήν.

Similis huic alia formula est in Nub. 217.

οἰμώξεσθ' ἄρα.

et in Thesm. 916.

κλαύσετ' ἄρα, νὴ τὼ θεώ,
ὅςτις σ' ἀπάξει, τυπτόμενος τῇ λαμπάδι.

Quare in eadem fabula v. 248. ubi libri habent, οἰμώξετ' ἄρ' εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ, unus autem codex εἴς, non recte Brunckius et Porsonus legunt,

οἰμώξετ' ἆρ' εἴ τις τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ·

sed potius scribendum videtur,

οἰμώξετ' ἄρα τις, εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν κλυνεῖ.

In ea formula notabilis est crasis, in Pace v. 532.

κλαύσει ἄρα σύ,

observata ab Reisigio in Syntagmate p. 31. Quem miror quum ibi in aliis huius formulae exemplis etiam illud in Pluto v. 876. οἴμωζ' ἆρα σύ afferat, non vidisse eamdem hic crasin ab librariis oblitteratam esse, scribique debere:

οἰμώξει ἄρα σύ.

Sic enim corrigenda vulgata scriptura οἴμωζ' ἆρα σύ. Vix exclamationi locus est in Avibus v. 1688.

ἐς καιρὸν ἆρα κατεκόπησαν οὑτοιῒ
ἐς τοὺς γάμους.

Quare vereor ne vocula aliqua exciderit, ut ἐς καιρὸν ἄρα πώς. Reliqui sunt tres Euripidis loci, in quibus male scriptum legitur ἆρα. In Andromach. v. 1115.

τῷ δὲ ξιφήρης ἆρ' ὑφειστήκει λόχος.

Scribendum videtur, re ipsa postulante,

τῷ δὲ ξιφήρης ἄγχ' ὑφειστήκει λόχος.

In Rheso v. 116. Aeneas Hectorem monens, quam periculosum sit educere ex urbe exercitum et fugam simulantes Graecos persequi, ita dicit:

πῶς γὰρ περάσει σκόλοπας ἐν τροπῇ στρατός;
πῶς δ' αὖ γεφύρας διαβαλοῦσ' ἱππηλάται,
ἢν ἆρα μὴ θραύσαντες ἀντύγων χνόας;

Non est magnae sagacitatis, vel animadvertere vitium, vel corrigere. Scribe:

πῶς δ' αὖ γεφύρας διαβαλοῦσ' ἱππηλάται;
ἢν δ', ἆρα μὴ θραύσαντες ἀντύγων χνόας;

Denique in Heraclidis v. 115.

K. τίς δ' ἐστὶ χώρας τῆςδε καὶ πόλεως ἄναξ;
X. ἐσθλοῦ πατρὸς παῖς, Δημοφῶν ὁ Θησέως.
K. πρὸς τόνδ' ἀγών τις ἆρα τοῦδε τοῦ λόγου
μάλιστ' ἂν εἴη.

Quae ista tam inepta est ratio dicendi, *ἀγών τις τοῦδε τοῦ λόγου*? Scribe:

πρὸς τόνδ' ἂν ἁγὼν τἄρα τοῦδε τοῦ λόγου
μάλιστ' ἂν εἴη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ

ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ [1]).

Ὁ ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίπους συνημμένος πώς ἐστι τῷ Τυράννῳ. τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν ὁ Οἰδίπους ἤδη γεραιὸς ὤν, ἀφικνεῖται εἰς Ἀθήνας, ὑπὸ τῆς θυγατρὸς Ἀντιγόνης χειραγωγούμενος. ἦσαν γὰρ τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι. ἀφικνεῖται δὲ εἰς Ἀθήνας κατὰ Πυθόχρηστον, ὥς αὐτός φησι, χρησθὲν αὐτῷ, παρὰ ταῖς σεμναῖς καλουμέναις θεαῖς μεταλλάξαι τὸν βίον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον γέροντες ἐγχώριοι, ἐξ ὧν ὁ Χορὸς συνέστηκε, πυθόμενοι συνέρχονται, καὶ διαλέγονται πρὸς αὐτόν. ἔπειτα δὲ Ἰσμήνη παραγενομένη τὰ κατὰ τὴν στάσιν ἀπαγγέλλει τῶν παίδων, καὶ τὴν γενομένην ἄφιξιν τοῦ Κρέοντος πρὸς αὐτόν· ὃς καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τῷ ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τοὐπίσω, ἄπρακτος ἀπαλλάττεται. ὁ δὲ πρὸς τὸν Θησέα διελθὼν τὸν χρησμόν, οὕτω τὸν βίον καταστρέφει παρὰ ταῖς θεαῖς.

1) Sequutus sum in hoc argumento cod. Laur. A.

Τὸ δὲ δρᾶμα τῶν θαυμαστῶν· ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε, χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ· ἦν γὰρ Κολωνῆθεν· ὥςτε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἀποδεῖξαι, χαρίσασθαι δὲ καὶ τὰ μέγιστα τοῖς Ἀθηναίοις, δι᾽ ὧν ἀπορθήτους ἔσεσθαι, καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς κρατήσειν ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους προαναφωνῶν, καὶ ὅτι διαστασιάσουσι πρὸς Θηβαίους ποτέ, καὶ τούτων κρατήσουσιν ἐκ χρησμῶν διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐν τῷ ἱππείῳ, πρὸς τῷ ναῷ τῶν Σεμνῶν. ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν. προλογίζει Οἰδίπους.

ΑΛΛΩΣ

ΣΑΛΛΟΥΣΤΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ.

Τὰ πραχθέντα περὶ τὸν Οἰδίποδα ἴσμεν ἅπαντα τὰ ἐν τῷ ἑτέρῳ ΟΙΔΙΠΟΔΙ. πεπήρωται γὰρ καὶ ἀφῖκται εἰς τὴν Ἀττικήν, ὁδηγούμενος ἐκ μιᾶς τῶν θυγατέρων, Ἀντιγόνης, καὶ ἐν τῷ [2]) τεμένει τῶν Σεμνῶν [Ἐριννύων], ὅ ἐστιν ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππίῳ Κολωνῷ, οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν Ἱππίου καὶ Προμηθέως, καὶ αὐτοῦ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται· ἔστι γὰρ αὐτῷ Πυθόχρηστον, ἐνταῦθα δεῖν αὐτὸν ταφῆς τυχεῖν· οὗ μή ἐστιν ἑτέρῳ βεβήλῳ τόπος, αὐτόθι κάθηται· καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ τῆς ὑποθέσεως προέρχεται. ὁρᾷ γάρ τις αὐτὸν τῶν ἐντεῦθεν, καὶ πορεύεται ἀγγελῶν, ὅτι τις ἄρα τῷ χωρίῳ τούτῳ προσκάθηται. καὶ ἔρχονται οἱ ἐν τῷ τόπῳ ἐν Χοροῦ σχήματι, μαθησόμενοι τὰ πάντα. πρῶτος οὖν ἐστὶ καταλύων τὴν ὁδοιπορίαν, καὶ τῇ θυγατρὶ διαλεγόμενος. ἄφατος δέ ἐστι καθόλου ἡ οἰκονομία ἐν τῷ δράματι, ὡς οὐδὲν ἄλλο σχεδόν.

---

2) Legebatur καὶ ἔστιν ἐν τῷ.

ΑΛΛΩΣ [3]).

Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος [4]), ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασὶν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. σαφὲς δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἐξ ὧν ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου ἀνάγει τοὺς στρατηγοὺς ὑπὲρ γῆς, ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις, ἃς συγκαθῆκε τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως·

μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας,
καλῶς δ' [5]) ἐτελεύτησ', οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

ἐπὶ δὲ τῷ λεγομένῳ ἱππίῳ Κολωνῷ τὸ δρᾶμα

3) Ediderunt hoc argumentum Thierschius in Act. Monac. vol. I. p. 322 seqq. ex apographo P. Victorii, et Elmsleius e cod. Laur. A. unde etiam Victorius videtur descripsisse.
4) Ol. XCIV. 2.
5) Omissa particula in codice. Apud Thierschium editum τ'.

κεῖται. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος πρὸς τῷ Εὐρυσακείῳ, πρὸς ᾧ οἱ μισθαρνοῦντες προεστήκεισαν, ὥςτε [6]) καὶ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τοῖς καθυστερίζουσι τῶν καιρῶν διαδοθῆναι·

ὄψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τὸν Κολωνὸν ἴεσο.

μνημονεύει τῶν δυεῖν Κολωνῶν Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ διὰ τούτων·

οὗτος, πόθεν ἦλθες; εἰς Κολωνὸν ᾠχόμην,
οὐ τὸν ἀγοραῖον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.

---

6) Addidi ὥςτε ex coniectura Thierschii.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΞΕΝΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΑΤΤΙΚΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΘΗΣΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ
ΕΠΙ ΚΟΛΩΝῼ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη, τίνας
χώρους ἀφίγμεθ', ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν;
τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασιν,
σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι
μεῖον φέροντα, καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί;
στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με, χὼ χρόνος ξυνὼν

V. 1. Fabulae initium accommodatum ad Antigoni f. Demetrium memorat in vita eius Plutarchus c. 46.

V. 3. 4. affert Galenus in Protreptico c. 5. de quo loco iuvabit Valckenarium adiisse in Diatr. de fr. Eur. p. 195 seq.

V. 4. Verba *σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι*, cum duobus qui sequuntur versibus affert Suidas v. *σπάνις*, ubi *μείω* legitur.

V. 7. Hunc et seq. versum affert Suidas v. *πάθαι.* Deteriores libri *παρών.* Ordinem verborum Brunckius euphoniae ergo sic invertit, *χὼ μακρὸς*

μακρὸς διδάσκει, καὶ τὸ γενναῖον τρίτον.
ἀλλ', ὦ τέκνον, θάκησιν εἴ τινα βλέπεις
ἢ πρὸς βεβήλοις, ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με κἀξίδρυσον· ὡς πυθοίμεθ' ἂν

ξυνὼν χρόνος. Quam hic euphoniam dicit, distinctio est et separatio verborum in pronunciando. Nam ὁ μακρὸς ξυνὼν χρόνος coniunctim profertur, unamque praebet notionem diuturnitatis; ὁ χρόνος, ξυνὼν μακρός, autem duas continet notiones, temporis, quod fuerit longum. Verbum ξυνὼν vero non, ut Reisigio videtur, accessionem exprimit, ut sit praeterea, miseriis additum tempus. Nam nec loquuntur ita Graeci, et si quid est, de quo illud verbum praeterea hic dici potuerit, est id ultimum eorum, quae enumerat Oedipus, generosa indoles: eoque fine addidit τρίτον, quod est illud ipsum praeterea. Recte vero Stephanus, Oedipo ξυνόντα τὸν χρόνον significari vidit, quod est ita dictum, ut σύμμετρος et συγγενὴς dicitur. Vide ad Oed. R. 956. 1075.

V. 9. Libri θάκοισιν, quod etsi defendi potest, defensumque est ab Elmsleio sic, ut is θάκοισιν ἢ πρὸς βεβήλοις, εἴ τινα θᾶκον βλέπεις construeret, ab Reisigio autem ita, ut ille θάκοισιν ὡς πυθοίμεθα iungi voluisse Sophoclem, sed variasse deinde constructionem hyperbato censeret, quae nobis valde impedita ratio videtur: tamen praeferendam putavimus elegantissimam coniecturam Seidleri, θάκησιν. Nam si θάκοισιν legitur, pluralis ille facit, ut de pluribus cogitet sedibus lector, quasi locum aliquem dicat Oedipus de industria ad consessus aliquos comparatum. At ille nihil nisi locum requirit natura ita factum, ut uni alicui homini commodam sedem praebeat.

V. 11. Libri omnes, ὡς πυθοίμεθα. Brunckius,

ὅπου ποτ' ἐσμέν. μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
ξένοι πρὸς ἀστῶν, ἃν δ' ἀκούσωμεν, τελεῖν.

---

quem sequitur Elmsleius, ὡς πυθώμεθα. Quod Reisigio placet, optativum ex imperativo pendere, ita ut πυθοίμεθα non Oedipi, sed Antigonae consilium indicet, perversum est distorsione sententiae. Nam qui iubet aliquid, is habet ipse aliquem finem propositum, quo illud fieri velit, non autem quaerit, quid ille, quem iubet, faciendum esse cogitet. Quod affert Reisigius Homeri Od. χ. 391. εἰ δ' ἄγε μοι κάλεσον τροφὸν Εὐρύκλειαν, ὄφρα ἔπος εἴποιμι, eo loco probare debebat Wolfii correctionem εἴπωμι, neque optativo defendendo auctorem adhibere Iacobsium ad Anthol. Pal. vol. III. p. 66. qui quae exempla attulit, ex iis deprompta sunt scriptoribus, qui, ut ad Orphica demonstravi, inclinato flore linguae Graecae plane inverterunt usum verbi modorum. Elmsleius aptius exemplum ex Aeschyli Suppl. 675. attulit, sagaciter monens, qui ibi est optativus, positum esse propterea, quod imperativus, unde pendeat, optativi loco sit. Ac profecto esset ita, nisi corruptus esset ille Aeschyli locus. Apud Sophoclem glossa in cod. Laur. est μαθησόμεθα. Quam qui adscripsit quum ὡς pro nam acceperit, facile quis coniiciat, scribendum esse πυθοίμεθ' ἄν. Hoc igitur reposui.

V. 13. Libri veteres, ἃν ἀκούσωμεν τελεῖν. Sequiores χἃν ἀκούσωμεν τελεῖν, quod servavit Reisigius, vitiosam putans scholiastae interpretationem: εἰς γὰρ τοῦτο φησὶν ἐληλύθαμεν, ἅτε δὴ ξένοι ὄντες, παρὰ τῶν ἀστῶν μανθάνειν, τί ἐστι πρακτέον ἡμῖν. Nam μανθάνειν non cum ἥκομεν, sed cum ξένοι coniungi vult, ut sit, ἥκομεν ξένοι, ὥστε μανθάνειν παρ' ἀστῶν, venimus hospites, ut discendum sit ab incolis, et quid-

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, πύργοι μὲν, οἳ
πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω·

---

quid edocemur agendum. At haec valde impedita interpretatio est, nec quidquam certius videtur, quam nemini eam Graecorum in mentem venisse. Sententia in verbis haec inest: ita enim venimus, ut, quoniam hospites sumus, e civibus cognoscere debeamus, quid nobis faciendum sit, quo satis fiat mandatis oraculi. Id paullo copiosius expressit poeta, hoc modo: ut discamus, quae didicerimus autem faciamus. Itaque quum illud, quod facere debeant, primarium in hoc loco sit, facile intelligitur, recte emendasse Elmsleium, ἂν δ' ἀκούσωμεν, τελεῖν. Minus recte veteres quidam critici, sive Triclinius, sive ante eum alii, χἂν scripserant.

V. 15. Vereor ut multis persuadeat Reisigius, στέγουσιν esse occulunt: nam locum operibus cinctum adspectu remotiorem videri, ut nostra castella. Veterum munimenta erant moenia, in iisque turres, quae quod eminerent, e longinquo conspiciebantur. Στέγειν est continere, quod qui ita dictum putant, ut tueri urbem turres significentur, non ita absurdi sunt, praesertim quum vix dubitari possit, quin arx Athenarum sit intelligenda. Certe Aeschylus sic Sept. ad Th. 803. dixisse videtur, στέγει δὲ πύργος. Quod sequitur, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, est, quantum adspectus docet. Vide adnotata ad Elmsleii Medeam v. 210. Fortius sine particula ὡς Aeschylus Ag. 997. πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων νόστον, αὐτόμαρτυς ὤν. Inepta scriptura, ὡς ἀννομάτῳ, quam scholiastes memorat, ex eo orta, quod ἀπ' ὀμμάτων apud

χῶρος δ' ὅδ' ἱερός, ὡς σάφ' εἰκάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες·
οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου.
μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κάθιζέ νύν με, καὶ φύλασσε τὸν τυφλόν.

---

recentiores caeci appellatio est: de qua dixit H. Stephanus in Thesauro v. *ἀπό*. Suidas, qui v. *στέγει* versus 14. 15. omissa voce *ταλαίπωρ'* affert, sic explicat: *ὡς ἄν τις τὰ ὄμματα προσέχοι ἔχων.*

V. 16. Aliquot codices *ἱρός*, ut diserte in eo vocabulo Suidas. Idem *ὡς ἀπεικάσαι* cum plerisque codd. et scholiasta atque edd. Triclinianis.

V. 17. Genitivos iunxit verbo *βρύων*, ut Aeschylus Choeph. 68. quia sic ea verba construuntur, quae plenum quid esse aliqua re significant. Inest enim haec significatio etiam in verbo *βρύειν*. Apud Suidam *πυκνώτερον* legitur, apud Philostratum *πυκνότερον*, qui hanc vocem cum sequente versu affert p. 866. Idem p. 870. ad huius loci exemplum verbo *ἐνευστομεῖν* usus est. *Πυκνόπτεροι* nihil aliud est quam *πυκναί*, frequentes. Proprio significatu usurpavit eam vocem Eustathius p. 1522, 51. de avibus aquaticis.

V. 19. Pro *πέτρου* scribi *πάγου* adnotavit scholiastes, quod vereor ne Reisigius non recte dixerit absurdum scribendi genus esse.

V. 20. Apud Suidam v. *οὗ τοπικὸν ἐπίῤῥημα* legitur *ὁδοῦ*, quod displicet Elmsleio cum *μακρὰν* iunctum, ut in quo iam subaudiatur *ὁδόν*.

V. 21. Kiddius ad Dawesium p. 167. cur coniiceret *κἀκφύλασσε*, ipse fortasse nesciebat.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

χρόνου μὲν οὕνεκ' οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔχεις διδάξαι δή μ', ὅποι καθέσταμεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα· τὸν δὲ χῶρον οὔ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἡμῖν ἐμπόρων.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' ὅςτις ὁ τόπος ᾖ μάθω μολοῦσά ποι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ναὶ, τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος.

V. 23. Iure praelata est ab novissimis editoribus vulgata scriptura ὅποι illi, quam e cod. Vat. posuerat Brunckius, ὅπου.

V. 25. Quod ex Heathii coniectura ab editoribus receptum est τοῦτό γ', unus codex F. confirmavit. Caeteri τοῦτον. Edd. Triclinianae et pauci codd. hunc versum Oedipo tribuunt, quod recte factum esse, nemo non videbit, qui rationem et consuetudinem diverbiorum bene norit. Tanto magis miror, quod Reisigius Brunckium sequutus est, qui hunc versum cum caeteris libris Antigonae dedit. Non ita Elmsleius.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητός. οἴομαι δὲ δεῖν
οὐδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ δεῦρο προστείχοντα κἀξορμώμενον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καὶ δὴ μὲν οὖν παρόντα· χὤτι σοι λέγειν
εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ἁνὴρ ὅδε.

V. 28. Tricliniani libri, ἀλλ' ἔστι μέν γ'. Caeteri μέν, omisso γε. Brunckius μήν, quem recte sequuti sunt Reisigius et Elmsleius. Sed Reisigius quum μέν γε a tragicis abiudicandum censuit, fecit quod idonea ratione caret. Nec debebat eas particulas ex Agathonis fragmento submovere.

V. 32. Quod ait Reisigius, ἀνήρ recte carere articulo, ubi sit pro ἐκεῖνος positum, in quam rem affert Wyttenbachium ad Phaedonem Platonis p. 258. Heindorfium ad eius libri §. 108. et Wolfium in Analect. vol. I. fasc. II. p. 458. non est id quidem falsum, sed et aliter erat demonstrandum, et quaerendum an in hunc locum quadraret. Quid enim illi, quibus utitur auctoribus? Wolfius ut de re nota loquitur, nullis exemplis allatis. Heindorfius duo alienissima ex Aristophane exempla affert, Platonis autem locum non recte interpretatur. Wyttenbachius nominativi aliquot exempla e Dione Chrysostomo, Plutarcho, et Aristide commemorat, in quibus si spiritum addideris, restitueris articulum: idem vero pulcre et Platonis verborum rationem perspexit, et aliorum similium exemplorum, recte carentium articulo.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξεῖν', ἀκούων τῆςδε τῆς ὑπέρ τ' ἐμοῦ
αὐτῆς θ' ὁρώσης, οὕνεχ' ἡμῖν αἴσιος
σκοπὸς προςήκεις τῶν ἀδηλοῦμεν φράσαι,

ΞΕΝΟΣ.

πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆςδ' ἕδρας

Non magis quidquam probat huius fabulae versus 1663. Br. quem cumuli loco adiicit Reisigius. Aptius attulisset hoc in Philocteta v. 1225. *O. ἡ δ' ἁμαρτία τίς ἦν; N. ἥν σοὶ πιθόμενος τῷ τε σύμπαντι στρατῷ O. ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον; N. ἀπάταισιν αἰσχραῖς ἄνδρα καὶ δόλοις ἑλών.* Maxime vero utendum erat nomine *γυνή*, quod saepius isto modo sine articulo positum invenitur.

V. 33. Codd. omnes et veterrimae edd. *ἀκούων.* A Stephano ex appendice ed. Turn. illatum erat *ἀκούω*, quod iure expulit Brunckius.

V. 35. MSS. omnes et edd. vett. *τῶν ἃ δηλοῦμεν.* Stephanus e margine ed. Turn. *τῶν ἀδηλοῦμεν.* Vtramque scripturam explicat scholiastes. Elmsleius aut *τῶνδ' ἃ δηλοῦμεν* aut, quod ipse recepit, *ὧν ἀδηλοῦμεν* scribendum censet. Non enim in hoc genere metri nisi post vocalem *τῶν* pro *ὧν* dici. At non paucis in locis hanc pronominis formam ut apud epicos, sic etiam apud tragicos, non hiatus vitandi caussa, aut ut producatur syllaba brevis, sed quia magis poetica est, usurpatam videmus. Est autem *ἀδηλοῦμεν* ab *ἀδηλεῖν.*

V. 36. Aliquot codd. *πρὶν ἢ* vel *πρινή.* Sic Turn. Steph. Sed membranae aliique codd. et edd. antiquae *πρὶν νῦν.* Elmsleius e cod. Ricc. A. *πρίν νυν.*

ἔξελθ'. ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;

ΞΕΝΟΣ.

ἄθικτος, οὐδ' οἰκητός. αἱ γὰρ ἔμφοβοι
θεαί σφ' ἔχουσι, Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων;

ΞΕΝΟΣ.

τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν

V. 40. Aliquot codd. et Suidas v. *Εὐμενίδες* habent *σκότους*.

V. 41. Hoc dicit: quodnam earum sanctum nomen audiam, invocemque illo?

V. 42. Libri omnes et Suidas v. *νιν*, atque Eustathius p. 763, 37. (668, 12.) *ὅ γ' ἐνθάδ' ὢν*, Eustathius etiam *εἴπῃ*. Vauvillersius, Brunckius, Elmsleius *ὢν* in *ἂν* mutarunt. Vulgatam Reisigius in comment. de particula *ἂν* p. 125. et in enarratione huius loci miro illo commento defendit, quod ab ipso inventum est, tales optativos ita esse explicandos, *εἴποι*, *εἰ εἴποι*. Iure id reprehendit Elmsleius: quin haec, quam nudi optativi vim esse Reisigius putat, in illum potius optativum cadit, cui adiunctum est *ἄν*. Si defendenda esset librorum scriptura, sic deberet explicari, ut *εἴποι* sit, dicat, per me licet. At neque hoc satis

εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ᾽ ἀλλαχοῦ καλά.

---

aptum est, neque veri simile est Sophoclem ὁ ἐνθάδ᾽ ὢν λεὼς maluisse quam ὁ ἐνθάδε λεὼς dicere. Nam ὁ ἐνθάδε proprie dicitur de eo, qui perpetuam sedem quopiam in loco habet, ὁ ἐνθάδ᾽ ὢν autem de eo, qui nunc illic est, alio tempore non est. Ita recte Eurip. Androm. 1069. τἀνθάδ᾽ ὄντα, quae hic acta sunt. Quare non dubitandum videtur, quin recte hic ἂν sit ab illis quos dixi viris repositum. Caeterum Reisigium videtur hic locus movisse, ut hunc viatorem, qui haec dicit, p. XVIII. non Atheniensem, sed peregrinum esse contenderet. Civem enim Atheniensem ne pronunciare quidem ausum esse nomen Eumenidum putat. At quae ea de re p. XXXV. affert, nihil aliud probant, quam hominis pii deorumque reverentis existimatum esse, abstinere ab ipso dearum nomine. Et profecto id res ipsa exigit. Nam si non licitum fuit eas Eumenides vocare, ne habuerunt quidem nomen illud. Nullum est enim nomen, quo nominare quem nemini licet. Quid porro si quis peregre adveniens interroget, quo nomine vocentur, ut hic Oedipus, quid respondeat homo Atheniensis? Aut nomen, opinor, proferre audebit, aut fateatur necesse erit, non habere eas hic ullum nomen. Praeterea in eo erravit Reisigius, quod Aeschylum in Eumenidibus hoc nomen devitasse putat: quem scimus et fabulae illi nomen Eumenidum imposuisse, et in ipsa fabula eius nominis rationem reddidisse, quae tamen fabulae particula interiit. De viatore quidem aliud non minus mirum protulit Reisigius p. XVIII. quum eum, si Atheniensis esset, statim ipsum debuisse de sacra sede abigere Oedipum scripsit. Quin eo est progressus, ut etiam versum 53. fulcrum esse suae sententiae putaret. At satis Sophocles ipse

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
ὥστ' οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.

---

v. 47. indicaverat, civem hunc esse Atheniensem, v. 78. et seqq. autem, non esse Coloniatam: unde intelligimus, hominem Atheniensem Athenis ad Colonum proficiscentem a poeta esse introductum.

V. 44. Elmsleius ad v. 28. videndum ait, an μὴν scribendum sit. Non est ita scribendum. Nam μὴν illud asseverantis est: hic vero non asseveratione opus est, sed est quidem dicendum, quia reticetur aliquid. Nam sic fere integram sententiam concipere licet: at propitiae quidem supplicem excipiant, sed, si iratas habeam, perferam, quidquid mihi destinatum est. MSS. et edd. ante Brunckium τόνδ' ἱκέτην.

V. 45. Scholiastes quum scribat, ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναστήσομαι ἐντεῦθεν, visus est viris doctis ὡς, non, quod in libris omnibus est, ὥστε legisse. Est enim pene contraria harum particularum vis, quum ὡς nam, ὥστε itaque significet. Reisigius ὥς γ' οὐχ edidit, quod etsi non videtur repugnare harum rationi particularum, tamen exemplum ubi sic iunctae sint requiro. Nam quae attulit Reisigius, in quibus verbo aliquo interposito dirimuntur, diversi generis sunt. Elmsleius dedit, ὡς οὐχ ἕδρας γε τῆσδ'. Illud γε primus excogitavit Musgravius. Recte Reisigius librorum scripturam γῆς tuetur. Quin consulto non ἕδρας τῆσδε, sed ἕδρας γῆς τῆσδε dictum videtur, quia non simpliciter sedem, qua sedet, sed sedem, qua hoc in sacro loco sedet, intelligi vult. Sed ne ὥστε quidem mutandum puto: qua particula, nisi

ΞΕΝΟΣ.

τί δ᾽ ἔστι τοῦτο;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ξυμφορᾶς ξύνθημ᾽ ἐμῆς.

ΞΕΝΟΣ.

ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐμοί τοι τοὐξανιστάναι πόλεως
δίχ᾽ ἔστι θάρσος, πρίν γ᾽ ἂν ἐνδείξω τί δρᾶν.

---

fallor, sic utitur Oedipus, ut viatoris admonitionem respiciens, hoc in mente habeat: at propitiae supplicem excipiant: itaque tutela earum fretus, quamvis tu me abire hinc iubeas, tamen manebo.

V. 47. Vulgo ἀλλ᾽ οὐδὲ μέντοι. Laur. A. B. Par. F. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐμόν τοι. Par. B. T. Vat. Farn. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐμόν τι. Hinc Seidlerus vidit scribendum esse, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐμοί τοι.

V. 48. Quamvis ex paucioribus codd. τί δρᾶν recte videtur ab Reisigio pro vulgato τί δρῶ repositum esse. Sed quae ille more suo argutius pro ea scriptura disputavit, ex iis hoc tantum aliquid, sed tamen non multum momenti habet, quod hospitem illum non quid sibi faciendum, sed quid sit omnino faciendum, quaerere conveniat. Mihi, ut δρᾶν probarem, duae potissimum caussae fuerunt, sonus suavior, et quod δρῶ potius, quam δρᾶν, interpretationis simile est. Scholiastes: ἕως οὗ τῇ πόλει ἐνδείξω τί χρὴ ποιεῖν. Similia quaedam exempla ab Lobeckio ad Phryn. p. 772. indicata esse adnotavit Reisigius.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς,
τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προςτρέπω φράσαι.

ΞΕΝΟΣ.

σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν;

ΞΕΝΟΣ.

ὅσ' οἶδα κἀγὼ, πάντ' ἐπιστήσει κλύων.
χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἔστ'· ἔχει δέ νιν
σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς

V. 50. Recte Musgravius ὧν genitivum ab ἀτιμάσῃς regi vidit: et quis id non faciat, praeter Reisigium, qui incredibili modo Oedipum illam sermonis viam, a qua v. 35. exclusus erat, repetere ait. Edd. vett. et pauci codd. προτρέπω. Προςτρέπω etiam Suidas in ea v. Τοιόνδε dicit, quod et senex et caecus et egenus est.

V. 52. Brunckius, probantibus Reisigio atque Elmsleio, τίς ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ'. Offendebat enim particula δέ, quam libri omnes praeter cod. Vat. habent. Iniuria. Nam recte iunguntur δὲ et δῆτα, ubi oratio redit ad ea quae aliquanto ante dicta erant. Eurip. Phoen. 423. (431. Pors.) τί θηρσὶ δ' ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος εἴκασεν; Ibi quoque codd. quidam δὲ omittunt, quos est Porsonus sequutus.

V. 55. Neptuni Minervaeque deorum equestrium aras in Colono commemoravit Pausanias I. 30, 4. Promethei autem aram §. 2. in Academia esse scri-

Τιτὰν Προμηθεύς· ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον,
χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὀδός,
ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πλήσιοι γύαι
τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν

---

bit, nobilem cursus cum facibus certamine, quo inde ad urbem currebant. Apte Reisigius attulit Eurip. Phoen. 1128. *δεξιᾷ δὲ λαμπάδα, Τιτὰν Προμηθεύς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν.*

V. 57. Male vulgo *ὁδός*. Oraculi versus apud scholiastam: *Βοιωτοὶ δ' ἵπποιο ποτιστείχουσι Κολωνόν, ἔνθα λίθος τρικάρηνος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός.* Vbi non debebat Reisigius *ἵπποιο* in *ἵπποισι* mutare: nam *ἵππου Κολωνὸς* quid est aliud quam *ἵππιος*?

V. 58. Ex duobus non optimis codd. Brunckius dedit *αἱ δὲ πλησίον γύαι.* Constat hodie, veram esse ceterorum librorum scripturam.

V. 59. Libri *τόνδ' ἱππότην Κολωνόν*, vel *τὸν δ'*. Brunckius, cum eoque Elmsleius, *τὸν ἱππότην Κολωνόν.* Librorum scripturam servavit Reisigius, qui cum Doederlino statuam herois illius monstrari putat. De scripturae veritate assentior, qui ne satis recte quidem articulum hic poni putem. Inservit is enim rei, quae nota audienti est, indicandae. Itaque recte usurparetur, si de deo aliquo sermo esset, ut *τὸν ἵππιον Ποσειδῶνα.* At de Colono nihil inaudiverat Oedipus: quare dicendum fuisset sine articulo *ἱππότην Κολωνόν.* Illud autem vereor ut recte sumatur, monstrari statuam. Nam isti innumerabiles heroes fama tantum et ore hominum celebrati videntur, neque omnibus fana aut statuas dedicatas esse veri simile est. Quare satius duco, locum monstrari, quem tenere vel tenuisse olim Colonus iste credatur.

ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα
τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.
τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστὶν, ὦ ξέν', οὐ λόγοις
τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ γάρ τινες ναίουσι τούςδε τοὺς τόπους;

ΞΕΝΟΣ.

καὶ κάρτα, τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι.

V. 62. Apud Suidam v. *ξυνουσίᾳ* desunt verba *τοιαῦτά σοι*, et scriptum est *πλέω*. Interpretationes horum versuum, quae permirae a viris doctis allatae sunt, apud Reisigium videre licet. Mihi hoc dicere videtur Atheniensis ille, non tam sermonibus hominum et fama haec celebrata esse, quam consuetudine atque usu in honore haberi. Respicit autem praecipue illa, quae de Colono dicta sunt. Videtur enim haec eo fine scripsisse Sophocles, ut obscuritatem istius herois apud alios illo honore compensaret, quo sui eum populares colerent.

V. 65. Recte Stephanus distinguendum vidit post *κάρτα*. Apte comparat Elmsleius v. 301. *καὶ κάρθ', ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν*. Sed in eo longe a vero aberravit, quod propter hoc Aiacis v. 527. *καὶ κάρτ' ἐπαίνου τεύξεται πρός γ' οὖν ἐμοῦ*, Stephani admonitionem sprevit. Nam laudari quis valde, vel valde dignus laude esse, non autem valde nominari potest. Id volo etiam adversus Reisigium dictum esse, qui, si incidatur post *κάρτα*, reliqua verba per *τὲ* vel *δὲ* adnecti debuisse ait: quod ego dubito an ne potuerit quidem fieri.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄρχει τις αὐτῶν, ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;

ΞΕΝΟΣ.

ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;

V. 66. Edd. ἄρχει τὶς αὐτῶν. Elmsleius τίς scribendum esse ex simili sententia apud Euripidem Cycl. 119. colligit: τίνος κλύοντες; ἢ δεδήμευται κράτος; Atque habere τίς refert aliquot codd. quamquam hoc in genere codicibus nihil tribuendum esse. Adiungit deinde aliquot alia huius rationis exempla. Verum ad unam rem non attendit vir doctissimus, quae quantumvis augeatur exemplorum numerus, tamen recte hic inclinato accentu scribendum esse pronomen vincit. Nam in interrogatione non coniuncta cum praegressis dictis dicendum erat τίς ἄρχει αὐτῶν; praemisso autem verbo ἄρχει, quo non continetur id, de quo interrogatur, quae collocatio verborum hanc vim habet, ut haec quaestio cum praecedentibus coniungatur, quasi dicas, quod autem imperium attinet, quis est is, qui imperat? necessario dici deberet, ἄρχει δὲ τίς αὐτῶν; Iam quum desit particula δέ, consequitur non aliter posse verba illa intelligi, quam hoc modo: imperatne aliquis iis, an penes populum potestas est? Vera esse, quae dixi, comparatio docebit eius, quod mox sequitur: οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;

ΞΕΝΟΣ.

Θησεὺς καλεῖται, τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἆρ' ἂν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;

ΞΕΝΟΣ.

ὡς πρὸς τί λέξων, ἢ καταρτύσων μολεῖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρά, κερδάνῃ μέγα.

ΞΕΝΟΣ.

καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅσ' ἂν λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.

V. 70. Editi *ἆρ' ἂν τις*, et duo codd. Caeteri MSS. *ἆρ' οὖν τις*.

V. 71. Membranae Par. Ricc. A. et edd. vett. *μολεῖν* cum Suida v. *καταρτύσων*. Caeteri codd. et edd. Triclinianae *μόλοι*, quod recepit Reisigius, qui in praecedente versu *μολεῖν* posuit. Frustra sunt coniecturae doctorum virorum, quas commemoravit Elmsleius. Nam sana est veterum librorum scriptura, quae sic est accipienda, *ὡς πρὸς τί μολεῖν λέξων ἢ καταρτύσων*; Recte scholiastes: *τὸ δὲ ἑξῆς, ὡς τί λέξων αὐτῷ μόλοι τις, ἢ πρὸς τί εὐτρεπίσων αὐτὸν μολεῖν.* Sic enim corrigenda sunt eius verba. I. e. cuiusnam rei caussa, dicturus ei aliquid, an effecturus ut veniat?

ΞΕΝΟΣ.

οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῇς; ἐπείπερ εἶ
γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος.
αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, ἕως ἐγὼ
τοῖςδ' ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ, δημόταις,
λέξω τάδ' ἐλθών. οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε,
εἰ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τέκνον, ἦ βέβηκεν ἧμιν ὁ ξένος;

V. 75. Vide ad Oed. R. 542.

V. 76. Affert Suidas v. *δαίμων*.

V. 78. Nulla plane idonea caussa erat, quare Brunckius librorum omnium scripturam *τοῖςδ'* in *τοῖς* mutaret, probatus ille tamen et Elmsleio iam ad Heraclidas v. 263. et Reisigio. Valde vero diversi sunt et Heraclidarum locus, et quos cum Sophocleo comparavit Reisigius. Sophocles, ut declararetur qui essent *οἵδε δημόται*, adiecit *ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ.*

V. 79. Particulae *γέ*, quam non esse mutandam ad Eurip. Med. 480. monui, Reisigius p. 181. recte expressit: isti enim hoc recte iudicabunt. Quod ne cui mirum videatur quomodo particula illa ad pronomen non scriptum referri possit, cogitet velim ita esse sensum verborum accipiendum: *οἵδε γὰρ κρίσιν γε τοῦ μίμνειν σε ἢ πορεύεσθαι ποιήσουσι.*

V. 80. Edd. Triclinianae, *εἰ χρή*, quas sequutus est Brunckius. Antiquae autem et codd. omnes *ἢ χρή*, quod defendentem ad Medeae v. 480. Elmsleium magnopere probat Reisigius. Ego cur vehementer dubitem de veritate huius constructionis, ad eumdem Medeae versum aperui.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

βέβηκεν, ὥςτε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ,
ἔξεστι φωνεῖν, ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆςδε γῆς ἔκαμψ' ἐγώ,
Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες,
ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ἐξέχρη κακά,
ταύτην ἔλεξε παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ,
ἐλθόντι χώραν τερμίαν, ὅπου θεῶν

V. 85. Cum anastrophe scribendum esse ἔφ', ad Hecubae p. 164. monui, obsequutusque est Reisigius. Elmsleius constare ait, rectius ἕδρας ἐφ' ὑμῶν, quam ἕδρας ἔφ' ὑμῶν scribi; an vero interpositum πρώτων efficiat ut ἔπι scribendum sit, non liquere sibi. At nihil in hoc genere constat, siquidem et veteres grammatici et recentiores vehementer inter se dissentiunt. Ego quidem quum anastrophen hic adhibendam esse censebam, Aristarchi sequebar praecepta. Sed hodie aliter sentio. Videor enim mihi intellexisse, regulam ita debere constitui, anastrophen in praepositione, quae media est inter duo vel plura verba, quibuscum constructa est, nullam esse, si verba illa coniuncta unam notionem efficiant.

V. 86. Affert Suidas v. ἀγνώμονες.

V. 87. Verba ἐκεῖν' ὅτ' omittit Suidas v. ἐξέχρη et τερμία ἡμέρα.

V. 89. Non probo suspicionem Elmsleii, ἐλθόντα. Multo enim simplicius et venustius procedit oratio, si haec verba cum pronomine μοι construuntur, versu 91. ita addito, ut iteret apodosin. De

σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν,
ἐνταῦθα κάμπτειν τὸν ταλαίπωρον βίον,
κέρδη μὲν οἰκίσαντα τοῖς δεδεγμένοις,

---

quo genere geminatae apodoseos saepius ad alias Sophoclis fabulas monui.

V. 90. Scholiastes aliam scripturam memorat, *κατάστασιν.*

V. 91. Membranae Par. Ricc. A. edd. vett. *κάμπτειν.* Caeteri libri et Suidas v. *ἐξέχρη* et *τερμία ἡμέρα* habent *κάμψειν.* Recte mea sententia *κάμπτειν* praetulit Reisigius: qui tamen mihi non videtur satis explicate de horum temporum differentia dixisse. Nam praesenti ibi locus est, ubi id, quod quis futurum dixit, iam nunc fit: non puto usurpari, ubi nondum nunc fieri coeptum, olim factum iri significatur. Quare non debebat Elmsleius reprehendi, qui in Heracl. 494. *οὔτε γὰρ τέκνα σφάξειν ὅδ' αὐτοῦ φησίν*, ediderit; apud Xenophontem autem Oecon. VI. 11. confidenter scribi, *ταῦτά μοι δοκῶ ἡδέως ἂν ἑκάτερα ἀκούειν σοῦ.*

V. 92. Libri veteres *οἰκήσαντα.* Tricliniani *οἰκήσοντα*, quod Schaeferus recepit. Durum est, quod Seidlero placebat, ut Hellerus refert in programmate a. MDCCCXIX. scripto, *κέρδη* et *ἄτην* ipsum Oedipum vocari. Aliam viam inierat Matthiae in gr. Gr. §. 433. 2. quem iam secum sentire ait Hellerus, accusativis illis id, quod efficiatur habitando, intelligendum esse. Quae Reisigius attulit, ut *οἰκήσαντα* vim activam habere ostenderet, nemo non facile videat aliena esse. Scribendum esse *οἰκίσαντα* et ego diu est quum censui, et Doederlinus p. 59. Act. Monac. vol. I. monuit. Verba eius apposuit Elmsleius, ipse quoque manifesto sic legendum iudicans. Neque enim habitare hic, sed mori vult Oedipus.

ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν·
σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα,
ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.
ἔγνωκα μὲν νῦν ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν
ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος. οὐ γὰρ ἄν ποτε
πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν,
νήφων ἀοίνοις, κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην
βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον. ἀλλά μοι, θεαί,
βίον, κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος, δότε
πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα,
εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν, ἀεὶ

V. 94. Veteres libri *παρεγγύα*. Tricliniani et schol. ad v. 1456. *παρηγγύα*, quae scriptura in membranis supra posita. *Παρεγγυᾷ* dubitanter coniiciebat Reisigius.

V. 96. Etiam si *νῦν* scribitur, ut est in antiquis libris, tamen id non est sic intelligendum, ut sit hoc tempore, opponaturque ei tempori, quo datum est oraculum, quemadmodum Reisigio videtur, sed vim habet non aliam quam *μέν νυν* editionum Triclinianarum.

V. 97. *Πτερὸν* omnino debet pro ave dictum accipi, i. e. pro omine.

V. 99. E Suida v. *νηφάλιος θυσία* receptum a viris doctis *ὑμῖν* et *ὁδοιπορῶν*, quum in Sophoclis libris omnibus *ὑμῶν*, in plerisque autem *ὁδοιπόρων* legeretur.

V. 100. Cur *ἄοινοι* dicantur, explicatum ab Reisigio. Quae sequuntur, affert Suidas v. *ἀσκέπαρνον*.

V. 103. Apud Suidam v. *πέρασις βίου* deest *ἤδη*.

V. 104. Scholiastes: *εἰ μὴ δοκῶ τι μειό-*

μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.
ἴτ᾽, ὦ γλυκεῖαι παῖδες ἀρχαίου Σκότου,
ἴτ᾽, ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεναι
πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις,
οἰκτείρατ᾽ ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ᾽ ἄθλιον
εἴδωλον· οὐ γὰρ δὴ τόδ᾽ ἀρχαῖον δέμας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

σίγα. πορεύονται γὰρ οἵδε δή τινες

νως. εἰ μὴ δοκῶ ὑμῖν ἐλαττόνως ἔχειν τὰ κακά, καὶ δεῖσθαι προσθήκης τινός. Miror hanc interpretationem Reisigio probatam esse, qui vertit, nisi videor parum habere. Repugnat enim verbis, quia sic *μείω* potius aut *μεῖον* dicendum fuisset. Hoc potius dicit Oedipus: nisi forte vilior vobis esse videor, quam cui hoc beneficium concedatis, quum quae extrema sunt hominum mala sustineam.

V. 109. Vide ad Electr. 45.

V. 110. Codd. ad unum omnes *τόδ᾽ ἀρχαῖον δέμας*, cum edd. Triclinianis. Veteres edd. *τό γ᾽ ἀρχαῖον δέμας*, quod receperunt Reisigius atque Elmsleius. Non puto recte factum esse. Nam si sic legitur, repetendum ad haec verba est *οἰκτείρατε*. At pristina species viri, quo tempore ille et oculorum lumine fruebatur, et rerum secundarum affluebat commoditatibus, admirabilis potius, quam miserabilis erat. Longe diversa est ratio exempli, quod Reisigius e Platonis Symposio XX. 8. attulit. Quamobrem omnino probandam censeo librorum MSS. scripturam. Articulo enim non indiget nomen *ἀρχαῖον*, quia quae pristina dicimus, per se certa quaedam intelliguntur. Sic Aeschylus Choeph. 279. *λιχῆνας ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν.*

χρόνῳ παλαιοί, σῆς ἕδρας ἐπίσκοποι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

σιγήσομαί τε, καὶ σύ μ᾽ ἐξ ὁδοῦ πόδα
κρύψον κατ᾽ ἄλσος, τῶνδ᾽ ἕως ἂν ἐκμάθω,
τίνας λόγους ἐροῦσιν. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν
ἔνεστιν ηὐλάβεια τῶν ποιουμένων.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά.

(ά) Ὅρα.
τίς ἄρ᾽ ἦν; ποῦ ναίει;
ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς ὁ πάντων,

V. 113. Apud Suidam v. νὶν legitur μοὺξ. Sophoclis libri μ᾽ ἐξ, nisi quod in Par. T. supra scriptum οι. Apte comparant ποῖ μ᾽ ὑπεξάγεις πόδα in Eurip. Hec. 806. Pors. Audacius tamen hoc Sophoclis est, quia magis recondita est ducendi notio in verbo κρύψον. Explicatius dicas, κρύψον με κατ᾽ ἄλσος, ἄγουσα πόδα ἐμὸν ἐξ ὁδοῦ.

V. 115. Nihil motus videtur Elmsleius certissima observatione nostra de quinto pede trimetri, de qua dictum in Elem. d. m. p. 114 sqq. qui huius versus scripturam, qua nihil fieri sincerius potest, in dubitationem vocaverit.

V. 116. Sine articulo εὐλάβεια scriptum apud Suidam in ea v.

V. 117. Libri Tricliniani ἄρα, quae imperiti metrici correctio est. De chori incessu personarumque distinctione v. ad v. 208.

V. 119. Vocabulum ἐκτόπιος ab Eustathio p. 488, 35. (372, 35.) quamvis ibi Sophoclis mentionem faciente, tamen ita commemoratur, ut non vi-

ὁ πάντων ἀκορέστατος;
(β′) προςπεύθου, λεῦσσέ νιν,
προςδέρκου πανταχῇ.
(γ′) πλανάτας,
πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐδ'

---

deatur hunc locum respexisse. Recte vertit Brunckius ex hoc loco. Non enim videt chorus Oedipum ibi, ubi eum esse acceperat: quippe in lucum ille recesserat. Incredibilia comminiscitur de hoc verbo Reisigius. Verba ἐκτόπιος συθεὶς affert Suidas v. ἐκτόπιος.

V. 121. Veteres libri λεύσσατ' αὐτόν. Alii λεύσατ' αὐτόν. Tricliniani λεύσσετ' αὐτόν. Brunckius eleganti coniectura, λεύσσεις νιν; Facillimum sane est, scribi λεῦσσ' αὐτόν, quod a me in Elem. d. m. p. 763. et in Epitomá p. 305. propositum, receperunt Reisigius atque Elmsleius. Non probo iam istam correctionem, in qua pronomen αὐτὸν non minus offensioni est, quam in Latina poesi eius, de quo dixit Bentleius ad Horat. Carm. III. 11, 18. Turbatus est hic locus diversitate scripturae προςφθέγγου et προςπεύθου. Nam vulgo legitur προςδέρκου, προςφθέγγου πανταχῇ, et sic MS. Par. A. Ricc. A. Caeteri codd. προςπεύθου habent pro προςφθέγγου. Hinc Sophoclem scripsisse veri simile est, προςπεύθου, λεῦσσέ νιν, προςδέρκου πανταχῇ. Ad primum verbum supra scripta erat sive alia lectio, sive interpretatio προςφθέγγου: quae quum esset alieno loco in textum inserta, deletum est a metricis προςπεύθου. Haec autem scripturae inter προςπεύθου et προςφθέγγου fluctuatio quum esset in codd. adnotata, receptum est προςπεύθου in aliis libris eo loco, in quem irrepserat προςφθέγγου.

ἔγχωρος· προςέβα γὰρ οὐκ
ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς
τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν,
ἃς τρέμομεν λέγειν,
καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως,
ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς
εὐφήμου στόμα φροντίδος
ἱέντες, τὰ δὲ νῦν τίν' ἥκειν

V. 125. Libri *ἐγχώριος*, quod corrigendum esse etiam indoctus videat.

V. 126. *Ἀστιβὲς ἄλσος* in librum suum intulit Suidas.

V. 127. Pravum accentum *ἀμαιμακέταν* mecum nunc alii correxerunt.

V. 129. Verba *παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως* habet Suidas v. *ἀδέρκτως*.

V. 130. Eustathius p. 723, 29. (612, 39.) de adverbio *ἄκην, ταυτὸν τῷ ἀφώνως, καὶ κατὰ Σοφοκλῆν εἰπεῖν ἀλόγως, ὃ κεῖται ἐν τῷ δευτέρῳ Οἰδίποδι, ταυτὸν ὂν τῷ ἀλαλήτως.* Hinc eum Valckenarius coniiciebat non legisse vocem *ἀφώνως*. Verba *εὐφήμου στόμα φροντίδος* in librum suum intulit Suidas.

V. 132. Vulgo *τάδε νῦν*, quod restituit Reisigius, magna cum vi proferri hoc verbum putans hoc sensu, religionem tantam tam gravem neglectam a quodam esse. Ita si haec accipiuntur, aptius foret *νὶν* pro *τινά*. Sed recte Brunckium, qui quod plerique codd. habent *τὰ δὲ νῦν* posuit, probavit Elmsleius. Scholion cod. Laur. A. *ὑπερβατόν· τινὰ δὲ τὰ νῦν.* Sed nimirum, quod recte vidit Elmsleius, non erat plene interpungendum post *ἱέντες*. Sic enim cohaerent, quae dicit chorus: quas summa cum religione venera-

λόγος οὐδὲν ἄζονθ',
ὃν ἐγὼ λεύσσων περὶ πᾶν οὔπω
δύναμαι τέμενος
γνῶναι ποῦ μοί ποτε ναίει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

σύστημα.

ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ· φωνῇ γὰρ ὁρῶ,

---

mur, nunc autem nescio quis contemnere dicitur.

V. 133. Libri veteres recte *οὐδὲν ἄζονθ'*. Scholiastes ut diversam lectionem *οὐδὲν λιάζονθ'* habet. Triclinius *οὐδὲν ἄγονθ'*. Brunckius *οὐχ ἄζονθ'*. *Οὐδὲν ἄζοντα* affert etiam Eustathius p. 694, 30. (573, 50.)

V. 137. Duo optimi codd. et edd. vett. *ὅδ' ἐκεῖνος. ἐγὼ φωνῇ γὰρ ὁρῶ.* In Triclinianis post *ἐγὼ* interpunctum. Aliquot codd. cum iisque secunda Iuntina, *ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν ἐγώ.* Par. T. et Farn. *ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν*, cui lectioni, quam Elmsleius veram esse suspicatur, in T. superscriptum *ἐγώ*. Non improbarem, nisi molesta essent tam brevi in spatio *ὁρᾶν*, *ὁρῶ*, *ὁρᾶν*. Cum verbis *φωνῇ γὰρ ὁρῶ* contulit Reisigius v. 324. *αὐδῇ δ' αὐτίκ' ἔξεστιν μαθεῖν.* Interpretatur autem: ab voce enim cerno sententiae significationem. Id quidem etiam qui non sunt caeci faciunt, quia oculis cerni sententia non potest. Ad sequentia in scholiis Romanis haec adnotatio spectat: *τὸ φανταζόμενον. τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῶν.* Eam interpretationem ego neminem scio qui falsam esse viderit: quin fuerunt, qui in ista sententia nescio quid acuminis invenire sibi viderentur. At quid est illud, quod, si Oedipus nihil aliud quam

τὸ φατιζόμενον.

ΧΟΡΟΣ.

(δ΄) ἰώ, ἰώ,
δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μή μ', ἱκετεύω, προςίδητ' ἄνομον.

ΧΟΡΟΣ.

(έ) Ζεῦ ἀλεξῆτορ, τίς ποθ' ὁ πρέσβυς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι

---

ex voce sententiam chori sese cognoscere dixit, chorus eum *δεινὸν κλύειν* appellat? *Τὸ φατιζόμενον* interpungendo separandum erat a praecedentibus verbis, quod sic est additum, uti *τὸ λεγόμενον* dici solet. Non enim videtur dubitari posse, quin ista proverbialis locutio fuerit, voce video, qua caecitatis quam misera sors esset, indicaretur. Ita iam recte chorum dicere patet, *δεινὸς δὲ κλύειν.* Nam et videt oculis orbatum Oedipum, et audit, quod in visu non habeat praesidium, a vocis sono petentem. Caeterum in verbo *φατιζόμενον*, quia persona mutatur, ultima producta est. Sic etiam mox v. 141.

V. 140. Ne me pro impuro habete.

V. 142. *Οὐ πρώτης μοίρας* esse *τῆς ἐσχάτης* monuit Eustathius p. 479, 14. (365, 28.) Affert etiam Suidas v. *εὐδαιμονέστερος*, ubi *εὐδαιμονῆσαι* legitur. Non recte *εἰμὶ* a quibusdam intelligitur. Est enim *τὶς* potius e praegresso *τίς* repetendum. Interroganti, quis est hic senex? respondet

πρώτης, ὦ τῆςδ' ἔφοροι χώρας.
δηλῶ δ'· οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις
ὄμμασιν εἷρπον,
κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν.

Oedipus, non primae profecto sortis homo. Quod Reisigio in mentem venit, sensum esse, non est primae sortis, beatum esse, sive, beata vita non est prima sorte metienda, id quomodo ille ex his verbis elicere potuerit, ego non video: et, si quis videat, non probabit. Proprie verba hunc sensum praebent: non quem quis ob primam sortem beatum praedicet: i. e. talis, quem quis propter maxima mala infortunatissimum dicat.

V. 144. Tricliniani *δῆλον δ'*.

V. 146. Consentiunt libri in *σμικροῖς*, sed quidam codd. *ὥρμων* habent. Reisigius, quoniam *ὁρμεῖν ἐπὶ τῆς αὐτῆς*, scilicet *ἀγκύρας*, et similiter *ὁρμεῖν ἐπὶ δυοῖν* dicatur, speciose contendit scribendum esse *κἀπὶ σμικρᾶς*, firmandaeque ei coniecturae ipsum adhibet Sophoclem, qui v. 750. Oedipum dicentem fecerit, *κἀπὶ προςπόλου μιᾶς βιοστερῆ χωροῦντα*. Potuerat etiam scholiasten afferre, qui sive legit ita, sive vulgatum habuit, certe interpretando illam sententiam cum alia explicatione coniunxit: *κἀπὶ σμικροῖς μέγας. καὶ ἐπὶ εὐτελέσιν αἰτήμασιν οὐκ ἂν σφόδρα ἱκέτευον, εἰ μὴ ἤμην δυςτυχής. τοῦτο δέ φησι παρ' ὅσον μέγας ὢν κατὰ μέγεθος καὶ τὴν ἡλικίαν, ὑπὸ σμικρᾶς τῆς θυγατρὸς ὁδηγεῖται.* Sed hic quidem inepte. Verum etiam si quis, quod Reisigius videtur voluisse, non tenerae aetatis puellam, sed infirmum in virgine praesidium intelligat, tamen laborabit huius loci sententia. Nam si parva ancora pro infirmo praesidio dicta est, non quadrat

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφὴ ά.

(ϛ') ἒ ἔ,
ἀλαῶν ὀμμάτων
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος, δυσαίων

---

additum μέγας, quia nihil in viro senectute et malis confecto roboris aut firmitatis est. Hinc non videtur dubitandum esse quin et in libris recte legatur κἀπὶ σμικροῖς, et vera sit prior explicatio scholiastae. Ὁρμεῖν enim per se solum est stare in portu. Gravis est autem haec Oedipi oratio: nam hoc dicit: sum ego profecto infortunatissimus: aliter enim non ita alienorum ope oculorum venissem, et exigui muneris caussa, qui magnus atque insignis vir sum, hoc in portu constitissem.

V. 149. Non intelligo Elmsleium, qui satis constare dicit, verba ἀλαῶν ὀμμάτων φυτάλμιος idem significare quod v. 1200. Br. ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος, sed φυτάλμιος quidvis potius quam expertem significare; scholiastae autem explicationem, ἀπὸ φύτλης, ἀπὸ γενέσεως, ἐξ ἀρχῆς, quam repetiit Suidas v. φυτάλμιος, sententiae manifesto contrariam esse. Immo rectissime scholiastes et congruenter significationi vocis φυτάλμιος, de qua v. Blomfieldium in glossar. ad Agam. 318. Vt φρένας et σῶμα φύειν vel γεννᾶν dicuntur, qui suapte natura augescunt mentis virtutibus vel habitudine corporis, ita ἀλαῶν ὀμμάτων φυτάλμιος is est ab Sophocle dictus, qui natus est caecus, non autem quum videret antea, privatus usu oculorum. Et ita solet fieri, ut, si quem tali malo afflictum videmus, de origine eius mali quaeramus, et naturaene vitio, an adverso aliquo casu acceptum sit, percontemur.

μακραίων γ' ὅτ', ἐπεικάσαι;
(ζ') ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ
προςθήσεις τάςδ' ἀράς.
(η') περᾷς γάρ,
περᾷς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ-

V. 150. Libri veteres *μακραίων τέ θ'*. Tricliniani, *μακραίων τ' ἔθ'*. Cod. Vat. *μακραίων θ*. Omnes, *ὡς ἐπεικάσαι*. Canteri coniecturam, *μακραίων τ' ἔτ' ἐπεικάσαι*, quam probat Elmsleius, ego in Elem. d. m. et Epit. non ut veram, sed quod ea metro non repugnaret, servavi. Nam quid sibi vult illud inutile *ἔτι*? aut cur hic senectutis mentio, eaque etiam addito *ἐπεικάσαι* facta est, quum chorus, nisi ipse quoque caecus sit, videat senem esse Oedipum, ut absurdum sit, id eum coniectando secum disceptare. Nihil certius esse puto, quam *μακραίων*, ut in Aiace v. 194. *μακραίωνι σχολᾷ*, diuturnum significare. Nam sensus debet hic esse: natusne es caecus? iam diu certe, ut videtur, cares oculorum lumine. Quare restituta interpunctione ante *δυςαίων*, quae est in edd. Triclinianis, quum in antiquioribus nulla sit omnino, Brunckius autem et ante et post eam vocem interpunxerit, *δυςαίων μακραίων γ' ὅτ', ἐπεικάσαι* scripsi. Constructio haec est, *μακραίων γ' ὅτε δυςαίων*. Num vero, inquit, luminibus natura orbus es, qui quidem, ut coniici licet, diu est ex quo hanc miseram vitam degis? *Μακραίων ὅτε* dictum eo modo, quo *νῦν ὅτε*, de quo v. ad Ai. 789. Prosa oratione dicas: *ἆρα καὶ ἔφυς τυφλός, ἐκ μακροῦ γε δυςτυχὴς ὤν, ὡς ἔοικας.*

V. 151. Libri Tricliniani *ἔν γ' ἡμῖν*, ex correctione metrici, versum hunc vulgari scripturae antistrophici aptare volentis.

φθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει
ποιάεντι, κάθυδρος οὗ
κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν
ῥεύματι συντρέχει,
τῶ, ξένε πάμμορ᾽, εὖ φύλαξαι·

V. 155. Libri omnes προςπέσῃς. Metri caussa προπέσῃς iam olim scripsi, et ita nunc Reisigius. Elmsleius dubitat an legendum sit προπεσεῖ, quemadmodum ὅπως μὴ in eiusmodi admonitione cum futuro construitur. Idem confert Antig. 215. ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων· qui locus non est huius generis. Nisi fallor, ὅπως μὴ cum futuro est putantis eventurum esse, quod monet ut caveamus; eodemque modo ὅπως cum futuro sine μή, putantis non esse id eventurum, quod monet ut efficere studeamus; exempla vide ad Dawesium p. 405 seqq. ὡς μὴ autem et ἵνα μὴ cum coniunctivo eiusmodi videtur admonitionem continere, qua non subindicatur, suspicari nos contrarium esse eventurum. Futuro non iungitur ἵνα, ut.

V. 156. Quidam libri scripturam a Turnebo in appendice adnotatam, κάθυγρος, exhibent.

V. 157. Laur. A. πότων, quod Elmsleius nescire se ait an praeferendum sit. Mihi quidem liquor hic rectius quum potus dici videtur. Μειλιχίων ποτῶν ῥεῦμα Eustathius p. 775, 18. (684, 24.) de aqua interpretatur. Mel respici vidit scholiastes.

V. 159. Pauci codd. et edd. Triclinianae τόν. Caeteri codd. iique meliores, et edd. vett. τῶν. Heathius et Doederlinus coniecerunt τό. Brunckius dedit τῷ, quem sequitur Elmsleius, afferens Oed. R. 511. Veterem scripturam servavit Reisigius, cui quod placet, τῶν μετάσταθι coniungenda esse, illa autem, ξένε πάμμορ᾽, εὖ φύλαξαι, in medio esse adiecta, et constructione durum, et ad sen-

μετάσταθ᾽, ἀπόβαθι. πολ-
λὰ κέλευθος ἐρατύει·

---

tentiam perversum est. Quid est enim hoc: ne in nemus istud pervenias, discede ex hoc loco. Recte id diceretur, si solus esset Oedipus. Caecum enim ne in vicinia quidem esse eius loci praestat, in quem metuendum est ne propter caecitatem ingrediatur. At Antigone tamen oculis utitur, ut non sit illuc patrem ductura, ubi nefas esse audierit. Sed non solum per se inanis esset iste metus, ne illi, si hic viciniae manerent, quamvis moniti, se in nemus penetrarent, sed repugnat ista interpretatio etiam rei ipsi, quae hic agitur. Est enim iam Oedipus in eo loco, in quo consisti nefas est: eaque de re et viator ille Atheniensis eum monuerat, et nunc ab homine illo excitati senes Coloniatae eodem consilio adsunt. Itaque hoc illi dicunt: progrederis, progrederis: at ne lucum illum ingrediare, in quo aqua et melle libamina temperantur, eo, miser hospes, tibi cave: discede, abi: longe a me distas: audisne quae loquor? si quid habes, quod mecum colloqui velis, relicto loco, in quo te stare nefas est, illuc accede, ubi omnibus incedere licitum est: prius autem abstine a dicendo. Nihil impedit, quin, quemadmodum φυλάσσεσθαι ἀπό τινος dicitur, etiam nudus cum eo verbo genitivus construatur, quum quidem intentantem mala metuimus: quod hic non est. Quare ego quoque τῷ recepi, quod est propter sacros illos crateres adiectum. Nam ἵνα μὴ προπέσῃς pendet ex imperativo φύλαξαι.

V. 161. Veteres libri ἐρατύει, forma nescio an nimis Dorica: sed quam non mutem tamen. Tri-

κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα;
λόγον εἴ τιν' οἴσεις
πρὸς ἐμὰν λέσχαν, ἀβάτων ἀποβὰς
ἵνα πᾶσι νόμος,
φώνει· πρόσθεν δ' ἀπερύκου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

σύστημα.

θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν,
εἴκοντας ἃ δεῖ, καὶ ἀκούοντας.

---

cliniani ἐρητύει. Musgravius coniiciebat ἐρητύοι. Sed recte iam scholiastes monuerat, tam longe a choro distare Oedipum, ut vereantur senes, ne ab illo parum exaudiantur.

V. 163. Libri ἔχεις. Merito recepit Elmsleius οἴσεις, quod in Laur. A. vulgatae superscriptum est.

V. 164. Emendata scriptura in Triclinianis. Veteres ἀπ' ἀβάτων.

V. 167. MSS. omnes, praeter duos, ἔλθοι, quod receptum in ed. Turn. Stephanus recte restituit ἔλθῃ, quod est in vett. edd. Apte comparant v. 311. ποῖ φρενῶν ἔλθω;

V. 169. Brunckius cum Triclinianis, κοὐκ ἄκοντας. Veteres libri κοὐκ ἀκούοντας. Musgravii coniecturam, κἀκούοντας, recepit Elmsleius. Malui καὶ ἀκούοντας. Non puto tamen dubitatione carere hanc scripturam, quum usitatum sit in affirmando, negationem addi contrarii. Quod quum videret Reisigius, qui Triclinianam lectionem ser-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρόςθιγέ νύν μου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ψαύω καὶ δή.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ᾽ ἀδικηθῶ
σοὶ πιστεύσας, μεταναστάς.

---

vandam duxit, tamen non debebat ἑκὼν κοὐκ ἄκων cum his verbis comparare, nisi ostenderet εἴκοντας ἃ δεῖ dictum esse pro ἑκόντας, cuius vocabuli loco potius tale quid exspectes, ut κοὐκ ἀπειθοῦντας.

V. 170. Recte distinctae personae in edd. antiquis. Triclinianae priorem huius versus partem Antigonae, posteriorem Oedipo continuant.

V. 172. Vulgo, σοι πιστεύσας, καὶ μεταναστάς. Codd. B. et Vat. quos sequuti sunt Brunckius et Elmsleius, omittunt σοί, agnitum illud tamen a scholiasta, notatumque propter singularem praegresso plurali. Sed isti duo codices ὑμῖν addunt in fine praecedentis versus. Reisigius paroemiacum ita restituendum putavit, ut σοὶ praecedenti versui adiiceret, ὦ autem ante ξεῖνοι deleret. At non est idem, utrum ὦ ξεῖνοι in principio orationis dicatur, an ξεῖνοι, sine ὦ, quod vocantis esse aut admonentis, facile sentiat, qui animum velit advertere. Itaque quum et ὦ et σοὶ satis firmatum sit, ego paroemiacum restituendum censui delendo καί. Adiungi enim etiam participio participium satis constat: vide e. c. Eurip. Suppl. 230 seq. Sed, si recte observavi, ea est

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β΄.

(ϑ΄) οὔ τοι μή ποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων,
ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

προβῶ;

---

huius constructionis ratio, ut praecedat illud participium, quod separatim enunciata sententia indicativus esse verbi debet: ut hoc loco sensus sit, *ὅτι σοι ἐπίστευσα μεταναστάς.* Quod contra, si *μεταναστὰς* praecessisset, hoc diceretur, *ὅτι μετανέστην, πιστεύσας σοι.*

V. 173. Nisi hi duo versus singulis pedibus cum antistrophicis convenirent, nemo eos non pro anapaesticis haberet. Ac nescio an ita sit, consensionemque illam poeta non de industria quaesiverit. Vtroque enim loco anapaesticum metrum, quia praecedunt anapaesti, aptissimum est. Alioqui pro choriambis haberi debebunt. Mira est enim et inusitata numeri forma, quam Elmsleius in medium attulit, metrum hoc ex Molosso et Ionicis a minori compositum esse putans.

V. 174. Editi cum plerisque codd. *ἄξει.* Cod. Par. *ἀγάγῃ*, Vat. *ἀγάγοι.* Elmsleio *ἄρῃ* scribendum videtur, neganti recte hic futurum poni. Mihi quid de hac re videatur, dixi in censura Elmsleii Medeae ad v. 1120. Itaque nihil mutavi. Caeterum vide ad v. 853.

V. 175. Libri, *ΟΙ. ἔτ' οὖν, ἔτι προβῶ; Χ. ἐπίβαινε πρόσω. ΟΙ. ἔτι; Χ. προσβίβαζε, κούρα.* A me deleta sunt verba *ἔτ' οὖν ἔτι.* Bothius *ἔτι προβῶ* eiecit, quem sequuntur Reisigius et Elmsleius. Sed Reisigius in sequente versu pro *ἔτι* po-

ΧΟΡΟΣ.

(*l*) ἐπίβαινε πόρσω.

---

suit προβῶ; illud ἔτ' οὖν autem sic explicat, etiamnum ergo vis me discedere? quumque chorus increpet, ἐπίβαινε πόρσω, mirabundum putat interrogare Oedipum, προβῶ; quia antea secus se admoneri crediderit. Ἔτι βαῖνε vero, quod ego conieceram, admitti posse negat, quia adhuc pedem non moverit de loco Oedipus. Haec si cui probabilia videntur, non repugno. Mihi nec vera, et valde contorta, illa autem explicatio verborum ἔτ' οὖν talis videtur esse, ut vix divinando quis in eam possit incidere. Iusserat chorus Oedipum v. 160. sqq. ex eo loco, in quo stabat, abire. Dubitantem faciatne an non, v. 168. ut faciat hortatur filia. Ibi progredi incipit, v. 170. petitque, ne quid severius de se statuatur, ubi locum sacrum reliquerit. Affirmat chorus, non vi abstractum iri ex sede illa, i. e. ex eo loco huius in qua est regionis, quem tenere non sit nefas. Ita confirmatus rogat, satisne iam progressus sit, an pergere amplius debeat. Ex his apparet, si ἔτ' οὖν scribatur, nihil esse quo haec referantur. Debuisset enim praecedere verbum, quo eum progredi significatum esset. Atqui nihil eiusmodi praecessit. Quod si quis ἔτ' οὖν volet defendere, is debebit in sequente versu scribere προβῶ, sed ita, ut cohaereat hoc verbum cum ἔτ' οὖν, non ut per se solum constet, quemadmodum Reisigio videtur. At ne hoc quidem recte procederet: inepte enim Oedipus responso chori interpellatus quaereret, quod ei iam esset responsum. Ex his sequi mihi videtur, recte me eiecisse verba ἔτ' οὖν ἔτι, quae puto ex interpretatione in textum venisse, quum ad προβῶ alii ἔτι, alii ἔτ' οὖν adscripsissent. Ἐπίβαινε vero servavi

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔτι;

ΧΟΡΟΣ.

(ἰώ) προβίβαζε, κούρα,
πρόσω· σὺ γὰρ ἀΐεις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἕπεο μάν, ἕπε' ὧδ' ἀμαυρῷ
κώλῳ, πάτερ, ᾇ σ' ἄγω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

. . . .

---

nunc. Videtur enim locus editus esse, ad quem accedere Oedipum iubet chorus.

V. 177. Tu enim, inquit, intelligis et vides, qua ducere patrem debeas.

V. 179. Quod Reisigio placuit, hic collocanda esse, quae v. 200 sqq. leguntur, multo ante mihi quoque in mentem venerat: sed damnavi illam transpositionem, ut quae magis perturbaret huius carminis rationem, quam restitueret. Reisigius quidem quod scripsit, *γεραιὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν προκλίνας φίλον ἀμάν*, quibus haec respondere fecit, *ἰώ μοί μοι, ἰώ, ἰώ, ὤμοι δύσφρονος ἄτας*, id neque propter neglectas personarum vices, nec propter dictionem ferri potest, si quidem nomen illud *φίλον*, etsi eo sic ad Homeri exemplum usi nonnumquam sunt tragici, tamen isto modo non potuit orationi intexi. Itaque satius duxi hic quattuor versuum qui exciderunt, spatia notare.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

. . . .
. . . .

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

. . . .

ΧΟΡΟΣ.

(ιβ´) τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξένης,
ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις
τέτροφεν ἄφιλον, ἀποστυγεῖν,
καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

σύστημα.

ἄγε νῦν σύ με, παῖ,
ἵν' ἂμ' εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες,
τὸ μὲν εἴπωμεν, τὸ δ' ἀκούσωμεν,

V. 188. De hiatu vide Elem. d. m. p. 373.

V. 189. Eustathius p. 713, 31. (599, 48.) verba εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες interpretatur εὐσεβοῦντες, quam explicationem satis contra scholiastae nugas muniit Porsonus, allato hoc ex Philoct. 1463. δόξης τῆσδ' ἐπιβάντες.

V. 190. Veteres libri fere coniunctivos εἴπωμεν et ἀκούσωμεν habent. In Triclinianis εἴποιμεν et ἀκούσαιμεν scriptum, ut in Laur. B. Alii codd. in iisque Laur. A. optativos quidem habent, sed supra scriptis coniunctivis. In coniunctivo πολεμῶμεν consentiunt omnes. Excluserunt optativos Brunckius et Reisigius, restituendos censuerunt in duo-

καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.

---

bus prioribus verbis Doederlinus atque Elmsleius, ea caussa, quod Graeci non dicant ἵν' ἂν pro ut. Vera est illa observatio, etsi apud grammaticos veteres eam me reperisse non memini. Quae caussa sit, cur, quum ὡς et ὅπως admittant ἄν, ἵνα eam particulam excludat, alio loco explicare studebo. Est enim id satis mirum, praesertim quum ἵν' ἂν pro ubi recte dicatur. Reisigius, qui se in Coniect. p. 75. sq. ἵν' ἂν recte ex Aristoph. Nub. 1234. sustulisse ait, apud Sophoclem eas particulas cum coniunctivo iunctas tuetur, Oedipum putans eum in locum, in quo pie verba facere possit, velle adduci. At is duplex soloecismus foret, unus, quod in loco certo designando ἵνα sine ἂν dici debuisset; alter, quod coniunctivus cum pronominibus adverbiisve relativis consociatus non nisi in veterum epicorum sermone fini indicando inservit: in quo genere peccavit etiam Brunckius, quum v. 504. scripsit, τὸν τόπον δ', ἵνα τὰ χρεῖ' ἐφεύρω, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν. De corruptis quibusdam locis dicetur in iis, quae de particula ἂν scribimus. Hinc sequitur, si ἵνα est ubi, necessario ἵν' ἂν τὸ μὲν εἴποιμεν, τὸ δ' ἀκούσαιμεν scribendum esse. Idque fecit cum Doederlino Elmsleius, qui afferre potuerat Theocr. XXV. 60. ἐγὼ δέ τοι ἡγεμονεύσω αὖλιν ἐς ἡμετέρην, ἵνα κεν τέτμοιμεν ἄνακτα, quod est, ubi inveniemus regem. At hoc si cui placet, valde friget pro nova sententia adiectum καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν, quod tamen nihil est nisi pars eorum, quae per ἵνα adiuncta erant. Nec satis de more iunguntur, ἄγε με, καὶ μὴ πολεμῶμεν, quum talia sic potius dici soleant, ἄγε με, μηδὲ πολεμῶμεν. Itaque mihi quidem non dubitandum videtur, quin optativi illi debeantur grammaticis, offensis par-

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφὴ β'.

(ϑ') αὐτοῦ· μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου
βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὕτως;

ΧΟΡΟΣ.

(ιγ') ἅλις, ὡς ἀκούεις.

---

ticula ἄν, Sophocles autem dederit coniunctivos, particulamque illam voluerit ut significare, referrique etiam ad πολεμῶμεν. Sed ita ἄν removeatur necesse est. Idque eleganter potest duobus modis fieri, uno, ut scribatur ἵνα τ' εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες, quo facto τὲ et καὶ sibi respondebunt: de collocatione illius particulae satis habeo Schaeferum commemorasse in indice ad Poes. gnom. v. τέ; altera ratio est, a qua prope abfuit Reiskius, quum ἅμ' εὐσεβίᾳ coniiciebat. At εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες non erat mutandum, sed ἅμα referendum ad verba εἴπωμεν, ἀκούσωμεν, μὴ πολεμῶμεν. Nam quis nescit saepissime ita ἅμα ante participium poni, ut coniungatur cum verbo tum sequente? Vt, dum pietatis officium obimus, simul aliud dicamus, aliud audiamus, et non reluctemur necessitati. Hoc quum sit huic loco aptissimum, quia quae caussae movent Oedipum ut cedat, hae sunt, quod et pietas et necessitas ita iubet, simulque hoc demum modo compos fieri eorum quae cupit potest, praeferendam putavi emendationem illam.

V. 192. Verba ἀντιπέτρου βήματος intulit in librum suum Suidas.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

195 ἑσθῶ;

V. 195. Edd. vett. ἦ 'σθῶ; Aliquot codd. ἧσθω, quod est in edd. Triclinianis. Ricc. A. ἧσθω, c. gl. καθεσθῶ. In cod. Laur. adnotatum, γρ. ἦ στῶ, ὃ καὶ βέλτιον. E Cod. Ven. στῶ excerptum pro ἦ στῶ, quod ediderat Brunckius, sed postea cum ἦ ἑσθῶ commutavit. Ἦ στῶ cum Reisigio Elmsleius, malae notae verbum esse rati ἑσθῶ, quod a me positum est in Elem. d. m. Vereor ego ne id praepropere iudicaverint. Reisigius quidem ἦ στῶ non solum propter responsum chori, sed etiam propter reliquam conditionem rerum loquendique diligentiam praefert: nam ἑσθῶ rogari non potuisse ab Oedipo, quando nihil habuerit, unde id fieri posse aut debere colligeret. Itane vero? Immo ἦ στῶ non est apte dictum. Nam cur interroget Oedipus, an consistere debeat, quum id eum facere non modo chorus iam semel iterumque iusserit, sed factum esse etiam ipse indicaverit, οὕτως interrogans? Constitit ergo. Postquam constitit autem, quid porro facere debeat, quaerere eum consentaneum est. Quid aliud vero virum senem et caecum eo loco, a quo non discedendum sibi esse audit, facere censebimus quam ut considat, fessis longo itinere membris quietem daturus? Itaque an considere se hic oporteat, quaerit, respondetque ei chorus ita, ut qua parte liminis et quomodo considendum sit dicat. At nimirum obloquuntur Atticistae, verbum illud ut barbarum damnantes. His enim non dubito quin debeamus istud, γράφεται ἦ στῶ, ὃ καὶ βέλτιον. Hac ego auctoritate non commoveor, ut ἑσθῶ ab Sophocle abiudicandum putem, non quo Thomam M. p. 483. et Phrynichum p. 269. falsa docuisse censeam, sed quod illorum prae-

ΧΟΡΟΣ.

(ιδ΄) λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου
λάου βραχὺς ὀκλάσας.

---

ceptum non recte intellectum a viris doctis arbitror. Apertum est enim, ἐκαθέσθην aliasque similes formas ita a grammaticis illis reiici, si quis eas considendi significatu usurpet, quem ad finem veteres probatique auctores aliis utuntur formis. Hoc dictum ab iis est verissime. Sed ex ea re non sequitur, in hoc Sophoclis loco damnandum esse ἑσθῶ. Primum enim istiusmodi observationes ad communem usum referuntur, non ad ea, quae raro, praesertim a poetis, dicta sunt: quin rariora ista plerumque in caussa fuerunt, ut recentiores, quo viderentur exquisite loqui, imitando ea frequentarent: eoque modo etiam ἐκαθέσθην in usum venisse credibile est. Deinde vero ne repugnat quidem hic Sophoclis locus illi praecepto Atticistarum, siquidem non modo nihil impedit quin verbum illud proprie, i. e. passivo significatu, accipiatur, sed ea interpretatio etiam commendationem habet non contemnendam. Hoc enim videtur interrogare, an a filia ad sedendum componi debeat. Nam quia caecus est, filiae indiget auxilio, quae eum in sede ista collocet, ne considere iussus, si id ipse faciat, labatur. Vnde etiam supra v. 21. dixerat, κάθιζε νῦν με, et v. 11. ἐξίδρυσον. His rationibus adductus servavi ἑσθῶ, abiecto ἦ, particula et inutili, et aegrius cum sequente vocali coalescente.

V. 197. Chori verba affert Suidas v. λᾶας. Genitivus λάου Elmsleio analogiae contrarius videtur. Est ille tamen ab Herodiano agnitus, ad quem scholiastes et Suidas provocant. Sensus verborum est: obliquus (a latere enim saxum illud Oe-

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ, ἐμὸν τόδ'· ἐν ἁσυχαίᾳ

---

dipo est) in extremo saxo humilis considens. Neque enim pedes leviter inflexos, ut cum Brunckio Reisigius existimat, sed vel maxime flexos intelligi puto, ut in sede valde humili. Nam istam interpretationem quo pacto quis tueri possit, non video. Nostram firmat Euripides Heracl. 613. *τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν, βραχὺν ᾤκισε.* Non plane dissimilis huius verbi usus in hac Sophoclis fabula v. 295. et 884. Adscendendum, an descendendum sit Oedipo, non liquet. Erat in isto loco saxum, non illud iustam ad sedendum altitudinem habens, sed aliquanto humilius, cuius in extrema parte considere chorus Oedipum iubet.

V. 197. Libri, *πάτερ, ἐμὸν τόδ' ἐν ἡσυχίᾳ, ἰώ μοι μοι, βάσει βάσιν ἁρμόσαι.* Verba *ἰώ μοί μοι,* quibus nihil respondet in strophicis, Antigonae, quae consolari potius patrem, quam excitare ad questus studeat, parum convenire, bene animadvertit Reisigius. Itaque dedit ille ex mea coniectura *ἁσυχαίᾳ*: sed quod ad hoc adiectivum intelligi vult *χειρί*, id quum nemini persuasurum esse confidam, non opus est refutari. Elmsleius, nihil offensus exclamationibus istis, audaciore quam vellem coniectura soli metro consuluit, ita scribens: *πάτερ, ἐμον τόδ'. ἐν ἡσύχῳ (ἰώ μοι) βάσιν ἁρμόσαι*, ita tamen, ut *ἅρμοσαι* legendum suspicetur. Mihi, qui neque hoc, nec Reisigii mutationem sequentium versuum, de qua dixi ad v. 179. probari posse existimem, interiectiones illae Oedipo quidem tribuendae, sed propter strophicos versus post illa verba, *βάσει βάσιν ἅρμοσαι*, collocandae videbantur. Sentit enim Oedi-

βάσει βάσιν ἅρμοσαι,

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἰώ μοί μοι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

γεραιὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν
προκλίνας φιλίαν ἐμάν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤ μοι δύςφρονος ἄτας.

---

pus quam tristis res sit caecitas, ubi in loco saxis aspero ad sedem istam non sine adiumento filiae eniti se posse intelligit.

V. 200. Veteres libri *προκλίνας*. Quidam *προκρίνας*. Tricliniani *πρόςκλινον*, quam nemo non videt emendationem esse grammatici, participium non posse cum praecedentibus construi intelligentis. Scholiastes: *τὸ δὲ κλίνας ἀπὸ τῆς μετοχῆς ἤρτηται, ἀντὶ τοῦ κλίνας ἔσο.* Medelam perversae constructioni commodam invenit Elmsleius, qui *ἐμὸν τόδ'* ab reliquis verbis separavit. Favet huic coniecturae scholiastes, qui scribat: *ἐμὸν τόδε. τὸ ὁδηγῆσαί σε, ἢ τὸ* (sic nisi fallor pro *ἢ τοῦ* scribendum) *ἁρμόσαι σοὺ ἐφ' ἡσυχίας τὴν βάσιν τῇ καθέδρᾳ.* Meum hoc est, inquit. Cauto gressui gressum accommoda, senile corpus tuum in meam amicam manum reclinans.

V. 202. Caecitatem suam dicere Oedipum, res ipsa docet, non crimina, quae imprudens commiserit, ut visum Reisigio.

ΧΟΡΟΣ.

(ιέ) ὦ τλάμων, ὅτε νῦν χαλᾷς,
αὔδασον, τίς ἔφυς βροτῶν;
τίς ὁ πολύπονος ἄγει; τίν' ἂν
σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

στροφὴ γ'.

ὦ ξένοι,
ἀπόπτολις· ἀλλὰ μή,

ΧΟΡΟΣ.

(ά) τί τόδ' ἀπενέπεις, γέρον;

V. 203. Recte scholiastes: ὅτε νῦν χαλᾷς. ὅτε νῦν εἴκεις καὶ οὐκ ἀντιτείνεις τῷ ἐξελθεῖν. λέγει δὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

V. 204. Edd. vett. cum codd. quibusdam τίς σ' ἔφυ. Alii τίς ἔφυ. Trioliniani τίς σ' ἔφυσε. Vera scriptura τίς ἔφυς in uno Parisiensi est, adnotata illa etiam a scholiasta.

V. 205. Libri omnes, τίς ὢν πολύπονος. Veram scripturam commemoravit scholiastes. Non acquievit in ea tamen Reisigius, qui quum contendit τί δ' ὁ πολύπονος ἄγει scribendum esse, non reputavit, id Sophoclem potius sine articulo scripturum fuisse; si posuisset autem δέ, positurum fuisse etiam in iis quae sequuntur; denique facta ista mutatione illa ipsa postrema verba adiici frigidissime. Ἂν primus adiecit Vauvillersius, omissum in omnibus libris.

V. 208. Libri veteres, τί τόδ' ἀπεννέπεις, γέρον. Ven. ἐπεννέπεις. Tricliniani τί τόδ' ἐννέπεις γέρον.

Brunckius ex Heathii inutili coniectura, *τί τοῦτ' ἀπεννέπεις, γέρον;* Vno *ν* scripsi *ἀπενέπεις*, ut est in cod. Vat. ne hic versus e duobus dochmiis constaret. Nam si dochmii essent, in antistropha non modo *γεραιόν*, sed etiam, quia sequitur dochmius, *τόνδε γ' ἐμὸν* scribi necesse esset. Constat metrum ex ordine iambico cum disyllaba anacrusi, et Cretico. Reisigii constitutionem huius loci tanto minus a quoquam probatum iri confido, quod luce ipsa clarius est, hanc esse stropham, cuius antistropha legitur v. 236 sqq. Tanta est enim, in principio certe, omnium verborum non similitudo tantum, sed etiam paritas, ut incredibile sit haec sibi non respondere. Quod si minus aperta responsio in tribus posterioribus versibus est, librorum id corruptioni imputandum esse metra ostendunt, quorum nulla est in strophicis concinnitas, ita ut vel per se correctione numerorum indigeant. Neque vero illud quemquam conturbare debet, quod personae sibi non respondent. Facile enim, si quis diligenter animum advertat, intelliget, totum hoc chori cum Oedipo atque Antigona colloquium ex duabus partibus constare, quarum prior duas strophas atque antistrophas interpositis anapaestis continet. Ea in parte accuratissime sibi respondent personae. Altera pars, quae magnam animorum habet perturbationem, uti stropharum systematumque compositione, ita etiam vicibus personarum non ad illam severioris aequalitatis legem facta est, sed ut liberiore partium conformatione inaequabiles illos fluctus doloris, horroris, metus, supplicationis exprimeret. Neque his tantum rebus haec carminis pars a priore differt, sed discreta est etiam eo, quod nunc iterum, ut in priore parte, singulae chori personae ordine suis perfunguntur officiis. Dixi in praefatione ad Euripidis Herc. fur. p. XXII. bis in hoc carmine chorum *κατὰ στοί-*

χους singulis separatim personis canentibus introduci. Quod non est recte intellectum ab Reisigio in enarratione huius cantici, qui nec veri similes personarum vicissitudines descripsit, nec docuit quae in tota illa descriptione aequalitas observata esset, quaedam autem universo videtur choro tribuisse, quae non est dubium quin a singulis senibus separatim sint recitata. Prima pars carminis, quae aequaliter descriptas personarum vices habet, finitur versu 206. Sed in toto carmine quum dicta chori distingui possint triginta, illud mirum accidit, quod ea in prima parte sedecim numerantur, quattuordecim autem in secunda. Atqui oportebat in utraque quindecim chori personas canere. Nec dubium quin ita sit: quod in prima parte non potuit aliter fieri, quam si una illarum personarum bis caneret. Huius rei ratio inveniri potest eodem modo, quo antistrophicorum complicationes ad regulam suam et legem revocantur. Nam si quis numeros illos, 1. 2. 3. . . . 16. una in linea perscribat, deinde autem earum numeros personarum, quarum metra sibi in antistrophicis respondent, semicirculo coniungat, figuras inveniat symmetricas necesse est. Quod si qua est responsio, quae istam partium aequalitatem turbare videatur, figuraeque symmetriam perturbet, eam necesse est illius personae esse, quae bis canit. Iam pars carminis prior ipsa ex duabus est partibus composita, quarum prior has habet recte descriptas personarum partes, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. in quibus prima sextae, secunda septimae, tertia octavae, quarta quintae respondet. Simili lege facta est altera pars, dicta chori habens 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. ex quibus eodem modo decimum quinto decimo, undecimum sexto decimo, duodecimum quarto decimo respondet. Sed quae reliqua sunt, nonum et tertium decimum, si semicirculo coniunxeris, turbabitur

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μή με, μή,

---

symmetria. Hinc apparet, haec duo chori dicta unius esse eiusdemque personae. Et iam perspici poterit figurae lex, si caeteris semicirculis infra lineam, in qua sunt numeri, ductis, nonum et tertium decimum dictum semicirculo superne posito coniunxeris. Ita si tertium decimum dictum iterum nonae personae tribuitur, quartum decimum, quintum decimum, sextum decimum erunt personarum tertiae decimae, quartae decimae, quintae decimae. Egregie hoc confirmatur eo, quod illa duo nonae personae dicta sola et systema anapaesticum faciunt, et virum produnt graviter loquentem, ut qui aliquam auctoritatem habeat. Vnde eum non inepte colligas coryphaeum esse. Deinde vero quae cuiusque ordinis media fuerit persona, quaerendum est. Consentaneum est autem, eam esse, quae a caeteris aliqua quacumque re diversa est, ut hic nona eo, quod sola bis loquitur: alibi brevitate vel longitudine orationis, aut metri genere, quaeque alia huiusmodi sunt. Sed quae huic a latere stabant personae quo sese ordine exceperint, dextrine sinistros an sinistri dextros, an utrique inversis vicibus utrosque, in quinorum ordinibus autem extremine medios an medii extremos, id quidem plerumque vix poterit ad liquidum perduci. Sed tametsi haec incerta manent, tamen non impediunt, quin universe aliqua probabilis erui dispositio possit. Atque hic quidem si, quod ubique curandum est, maximam partium aequalitatem consectamur, hanc in prima parte stationem chori habebimus, numeris ordinem, quo se singuli in canendo exceperint, indicantibus:

μή μ' ἀνέρη, τίς, μηδ'
ἐξετάσης με πέρα ματεύων.

ΧΟΡΟΣ.

μικτὰ κατὰ σχέσιν.

(β') τί τόδε;

ι. ά. γ'. β'. ιγ'.
ιά. δ'. θ'. έ. ιδ'.
ιβ'. ς'. ή. ζ'. ιέ.

Illud vix opus est ut moneam, non putandum esse chorum immotum stetisse ita, uti stationem descripsi, sed prouti partes cuiusque ordinis exigerent, mutavisse stationem, servata ea ratione, ut animadverti a spectatoribus dispositionis aequalitas posset. De altera parte carminis dicetur ad v. 224.

V. 210. Oedipi verba in libris ita vulgo scripta: *μή, μή, μή μ' ἀνέρη τίς εἰμι, μηδ' ἐξετάσης πέρα ματεύων*. Tricliniani *τίς γ' εἰμί*. Pauci codd. *μαστεύων*. Cod. Ven. *μή μου μή μ' ἀνέρη*. Valde incerta horum emendatio est. Numeri aut choriambici sunt, ad quem modum eos constitui in Elem. d. m. aut generis antispastici. Hoc veri similius videtur, quia minoribus correctionibus indiget. Itaque scripsi *μή με, μή, μή μ' ἀνέρη τίς*, eiecto *εἰμί*, quod videtur interpretis esse, addito autem *με* post *ἐξετάσης*. Ita tribus dochmiis subiicitur metrum ex antispasto et iambis, quod usitatissimum est in fine stropharum. De eo v. Elem. d. m. p. 230.

V. 212. Hi quattuor versus ea lege facti videntur, ut primo secundus, tertio quartus responderet. Libri *τί τόδε*. Brunckius ex coniectura, *τί τόδ' οὖν;* ut versus esset anapaesticus. Elmsleius

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δεινὰ φύσις.

ΧΟΡΟΣ.

(γ′) αὔδα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, ἰώ μοι, τί γεγώνω;

ΧΟΡΟΣ.

(δ′) τίνος εἶ σπέρματος, ὦ
ξένε, φώνει, πατρόθεν.

τί δέ; quae mihi aliena ab huius loci ratione formula videtur. Verbum αὔδα Laur. A. et edd. ante Brunckium Antigonae tribuunt; codd. B. T. choro, idque adnotatum etiam a Turnebo.

V. 213. Pro ὤ μοι dedi ἰώ μοι, ut hic versus, quemadmodum qui praecedit, a paeone quarto inciperet. Minus enim venusti congruentesque cum caeteris hi forent numeri, si, quod Reisigio visum est, τέκνον et τί τόδε sibi responderent, i. e. si primus pes esset trochaeus. Vulgo γεγωνῶ. Tres codd. γεγώνω. Τί γεγώνω verbum barytonum ex h. l. affert Eustathius p. 709, 43. (594, 37.)

V. 214. Deest in libris ὦ, quod primus addidit Heathius. Reisigius, τίνος εἶ; σπέρμα τὸ σὸν, ξένε, φώνει πατρόθεν, abundantia verborum offensus, quam in vulgata esse ipse putat. Nulla vero est, quum quis interrogatur, quid ei paternum genus sit. Quin quam removere volebat abundantiam, nunc primum intulit.

V. 215. Libri veteres ξεῖνε. Tricliniani ξένε,

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

στροφὴ δ΄.

ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

λέγ᾽, ἐπείπερ ἐπ᾽ ἔσχατα βαίνεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντιστροφὴ δ΄.

ἀλλ᾽ ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν.

---

quod metri caussa praetuli. Quamquam valde incerta est horum versuum scriptura.

V. 216. Libri omnes, *τέκνον ἐμόν*, nisi quod in uno cod. Par. *ἐμὸν* deest. Brunckius, *τέκνον; ὤμοι*, ex coniectura, quod metrum putabat dactylicum esse. Est illud sane in hoc et v. 218. 221. dactylicum, sed ut in tertio pede in paeonicum transeat, qua in numerorum coniunctione admirabilis quaedam et plane divina vis est. Vsurparunt hoc metrum recentiores poetae Latini, ut A. Septimius Serenus, Boethius.

V. 217. Vulgo *μένεις*. *Βαίνεις* recte scriptum in cod. T. adnotatumque in margine Turnebi. Et ita Brunckius. Sensus verborum est: d i c, q u o n i a m   i n   e x t r e m i s   v e r s a r i s. Quum enim iam illud ei exciderit, infandam esse originem suam, eo est adductus, ut detrectare confessionem sceleris nequeat.

V. 218. Corrupte Suidas: *κατατρυφή, καταφυγή. ἀλλ᾽ ἐρῶ. οὐ γὰρ ἔχω κατατρυφήν. ἀντὶ τοῦ ἀποφυγὴν τοῦ μὴ εἰπεῖν.*

ΧΟΡΟΣ.

(έ) μακρὰ μέλλετον· ἀλλὰ τάχυνε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

στροφὴ έ.

Λαΐου ἴστε τίν';

ΧΟΡΟΣ.

(ς') ὤ. (ζ') ἰοὺ ἰού.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τό τε Λαβδακιδᾶν γένος;

ΧΟΡΟΣ.

(ή) ὦ Ζεῦ.

V. 219. Libri veteres, *μακρὰ μέλλετ', ἀλλὰ ταχύνατε*, sed plerique *ταχύνετε*. Tricliniani, *μακρὰ μέλλετέ γ', ἀλλὰ ταχύνετε*. Ego dederam *μέλλετον* et *τάχυνον*. Sed facile concedendum duxi Elmsleio, *τάχυνε* scribenti. Idem *μέλλομεν* scribendum coniicit, ut v. 1627. Br. At huius loci ea ratio est, ut aptior videatur secunda persona.

V. 220. Libri, *Λαΐου ἴστε τίν' ἀπόγονον. Χ. ὦ ὤ ἰού.* Tricliniani etiam *ἰοὺ* geminant, uti codd. T. et Vat. Recte videtur Reisigius, quem etiam Elmsleius sequitur, *ἀπόγονον* ut interpretationem eiecisse. Ita vero scribendum erat, *ὤ. ἰοὺ ἰού.* Elmsleius non recte: *Λαΐου ἴστε τιν' οὖν; Χ. ὢ ὢ ἰού.* Nam et *οὖν* languet, et primum *ὤ*, nisi vim omnem numeri perditam volumus, non potest corripi.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντιστροφη ε.

ἄθλιον Οἰδιπόδαν;

ΧΟΡΟΣ.

(θ') σὺ γὰρ ὅδ' εἶ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ϛ'.

(ί) ἰώ. (ιά) ὢ ὤ. (ιβ') δύςμορος. (ιγ') ὢ ὤ.

V. 224. Libri Tricliniani, ἰὼ, ὢ ὤ. Alii bis ἰω, ter ὦ, et ita edd. vett. Alii semel ἰὼ, ter ω. Recte Tricliniani. Etiam in fine versus, quum caeteri libri ὢ ὤ vel ὦ ὦ habeant, Laur. B. ἰού ὢ ὤ, duo alii codd. ὢ ὢ ἴθι. praebent. Vocabulum δύςμορος, pro quo in Par. B. Ven. et Vat. δύςμωνος est, in T. supra scriptum, Oedipo vulgo tribuitur. At neque cum illis, ὅσ' αὐδῶ, coniungi potest, quia id frigidum esset; neque cohaeret cum sequentibus, quia θυγάτερ in initio positum novam incipere orationem ostendit: solum autem per se pro δύςμορός εἰμι dictum, ferri posset, nisi statim tanto cum metu ex filia quaereret, quid sibi iam immineret mali. Repugnat enim, eum, qui in hac clamitatione chori modo purgare crimina sua coeperit, infelicem se potius quam sceleratum esse dicens', statim unius tantum voce superioribus addita, in tantam trepidationem coniici, ut, misso, quod dicturus erat,

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

θύγατερ, τί ποτ' αὐτίκα κύρσει;

---

anxie interroget filiam, quid mox se futurum sit. Quanto haec non modo rectius, sed etiam insigni cum vi ad totius loci venustatem procedunt, si illud verbum unius e choro est. Ita Oedipus, qui metuens propter superiores chori exclamationes modo precatus erat ne se reformidarent, ut iterum ingeminari illas horroris plenas voces audit, gravius perterritus, ad filiam se convertit, quid iam se futurum sit quaerens. Accedit ad haec aliud, quod ita non modo quintam decimam chori personam lucramur, quae aliter deest, sed eam etiam eo loco, ut apta chori dispositio conficiatur. Scio quidem addendae illius personae duas alias patere vias, unam, ut post v. 237. pauca chori verba excidisse statuamus: at parum aptam videri necesse est istiusmodi interrogatiunculam, ut τί δ' ἔστιν, postquam quae chori sententia esset, longa et gravi oratione alius exposuerat. Alterum est, ut quintam decimam personam numeremus coryphaeum, qui finito hoc cantico trimetris respondet Antigonae. Sed ne hoc quidem verisimile est, quia trimetri non sunt pars cantici, sed chorum iam, ut mos est, per solum coryphaeum loqui produnt. Quod vero dicebam, si verbum δύςμορος choro tribueretur, etiam dispositionem chori iustam fore, id huiusmodi est. Quamvis haec pars carminis nec tota antistrophica est, neque aequales personarum responsiones habet, tamen nihil in ea non aliquo modo sibi respondet, nec prorsus nulla est lex observata. Quae ab initio quattuor chori personae loquuntur, earum dicta liberioribus continentur numeris. Inde sequuntur antistrophica, in quibus primo quinta persona unum habet integrum versum paroemiacum; aliae

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφὴ ϛ'.

(ιδ') ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἃ δ' ὑπέσχεο, ποῖ καταθήσεις;

---

quattuor autem breves exclamationes. Excipiunt haec alia antistrophica, paeone, qui in praecedentibus erat, carentia, in quibus primo versui, qui ex nostra sententia inter quattuor est senes divisus, tertius versus, qui est unius senis, respondet: unde facile coniicias hos duo versus ab uno ordine, et posteriorem quidem ab eo, qui medius stabat, cani. Reliquus est is, cuius est systema dactylicum, quem iam vix potest dubitari medium fuisse inter illos quattuor, quos ab initio liberioribus numeris canere diximus. Ita stationes chori habebimus hasce:

ά.	β'.	ιέ.	γ'.	δ'.		ά.	β'.	ιέ.	γ'.	δ'.
ϛ'.	ζ'.	έ.	ή.	θ'.	vel	ϛ'.	ή.	έ.	θ'.	ζ'.
ί.	ιά.	ιδ'.	ιβ'.	ιγ'.		ί.	ιβ'.	ιδ'.	ιγ'.	ιά.

	ά.	β'.	ιέ.	γ'.	δ'.
vel	ϛ'.	ή.	έ.	θ'.	ζ'.
	ί.	ιά.	ιδ'.	ιβ'.	ιγ'.

V. 226. Recte libri Tricliniani *πόρσω*. Caeteri *πρόσω*. Non puto recte Elmsleium metri caussa malle, *ἔξω χώρας βαίνετε πρόσω*. Nam respondet hic versus versui 224. neutrum autem necesse est ad exemplum versuum 216. 218. 221. refingi. Immo quae in illis versibus per paeonem expressa erat animorum concitatio, hic iam ex isto celeri motu in graviores numeros abit, qui severo huic chori imperio egregie accommodati sunt.

V. 227. *Ποῖ καταθήσεις*, quorsum persol-

ΧΟΡΟΣ.

σύστημα.

(ιέ) οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται
ὧν προπάθῃ τὸ τίνειν· ἀπάτα δ' ἀπά-
ταις ἑτέραις ἑτέρα παραβαλλομέ-
να πόνον, οὐ χάριν, ἀντιδίδωσιν ἔ-

---

ves, sic est dictum, ut significetur, quonam adducturus sit effectionem promissorum suorum chorus, ut rata sint.

V. 228. Reisigium, qui reiecta scholiastae Brunckiique explicatione, haec sic vertit, nemini est fato constituta poena, ut pro suppliciis plectatur superioribus, non satis intelligo. Recte illi, quod ad sensum: non item in construendo. Scholiastes: *λείπει ἡ διά· ἵν' ᾖ, διὰ τὸ τιμωρεῖν ὑπὲρ ὧν ἂν προπάθῃ.* Immo *τίσις* constructum cum *ὧν προπάθῃ*, hoc sensu: nemo punitur ob iniuriam prius acceptam, si eam rependit. Aliter enim *ὃ προπάθῃ, τὸ τίνειν* dici debuisset. Nec verum est, quod ait Reisigius, hoc pacto *τίνεσθαι* requiri. Est id quidem punire, sed etiam *τίνειν* recte dictum, quod est persolvere. Vide v. 1203. Br. et Aeschyl. Choeph. 649. *Μοιριδία τίσις* autem sic est intelligendum, ut nulla necessitate constituta esse iustae vindictae poena dicatur.

V. 229. Recte scholiastes: *ἡ δὲ ἀπάτη, φησί, παραβαλλομένη καὶ ἀντισουμένη ἑτέραις ἀπάταις, πόνον ἔχειν ἀντιδίδωσι τῷ ἀπατήσαντι ἐξ ἀρχῆς.* Fraus alia, inquit, pro fraudibus repensa laborem, non gratiam habere dat. Magis perspicue sic dicas: qui deceptus ab alio hunc vicissim decipit, non ei sane quod gratum, sed quod ingratum sit, reddit.

χειν. σὺ δὲ τῶνδ' ἑδράνων πάλιν ἔκτοπος
αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε,
μή τι πέρα χρέος
ἐμᾷ πόλει προςάψῃς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀντιστροφὴ γ'.

ὦ ξένοι,
αἰδόφρονες, ἀλλ', ἐπεὶ
γεραὸν ἀλαὸν πατέρα τόνδ' ἐμὸν

V. 233. Libri *αὖτις*, praeter unum Parisiensem, in quo est *αὖθις*. Dubitari hic possit, an forte in dactylico numero epica forma verior sit. Respicit hunc versum Eustathius p. 488, 35. (372, 35.) quum scribit: *ἔκτοπος, ἐκτόπιος, ὁ καὶ ἄφορμος παρὰ Σοφοκλεῖ.*

V. 236. Vulgo coniunguntur haec, *ὦ ξένοι αἰδόφρονες*. At vel strophici versus comparatio docere poterat, *ὦ ξένοι* tantum appellationi inservire, *αἰδόφρονες* autem ad sequentia referendum esse. Nam *ἀλλὰ* non ad verbum *οἰκτείρατε*, sed ad pronomen *ἐμὲ* refertur, quam particulam repetit Antigona, quia caussam, cur sui saltem illos misereri cupiat, in medio posuit. Itaque illud *αἰδόφρονες* sensu idem est ac si *αἰδούμενοι* dixisset: o hospites, reverentia tacti, at mei, quoniam patrem meum repudiatis, miseremini.

V. 238. Libri veteres, *ἀλλ' ἐπεὶ γεραὸν πατέρα τόνδ' ἐμόν*. In Laur. ad *γεραὸν* supra scriptum *ἀλαόν*. Tricliniani utrumque coniungunt, *γεραὸν ἀλαόν*, quod quoniam etiam a strophae metro commendatur, recipiendum duxi.

οὐκ ἀνέτλατ᾽ ἔργων
    ἀκόντων ἀΐοντες αὐδάν,

σύστημα.

ἀλλ᾽ ἐμὲ τὰν μελέαν, ἱκετεύομεν,
    ὦ ξένοι, οἰκτείραθ᾽, ἃ
πατρὸς ὑπὲρ τοὐμοῦ μόνου ἄντομαι,
ἄντομαι, οὐκ ἀλαοῖς προσορωμένα
ὄμμα σὸν ὄμμασιν, ὥς τις ἀφ᾽ αἵματος
ὑμετέρου προφανεῖσα, τὸν ἄθλιον
αἰδοῦς κῦρσαι· ἐν ὑμῖν ὡς θεῷ
κείμεθα τλάμονες· ἀλλ᾽ ἴτε, νεύσατε
    τὰν ἀδόκητον χάριν.

V. 242. In medio hoc systemate duo sibi alius generis versus ut stropha et antistropha respondent, hic et v. 249. Quod quum non animadverteret Brunckius, *οἰκτίσαθ᾽* edidit.

V. 243. Libri veteres *τοῦ μόνου*. Tricliniani *τοὐμοῦ*. Ego utrumque coniunxi, metri indicio.

V. 244. Tricliniani pessime, *οὐ καλοῖς*. Cod. Ven. *οὐ καλοῖς μὴ προσορωμένα*. Scholiastes: *ὡς τῆς ἀφ᾽ αἵματος. ὡς ἂν τῆς* (scribe *τις*) *κοινῆς ἀνθρωπότητος ἐχούσης* (scribe *ἔχουσα*) *τὸ συγγενές· ἢ τοιαύτας ἱκετείας ποιοῦμαι, οἵας ἄν τις προσαγάγοι τοῖς συγγενέσι.* In hanc posteriorem sententiam interpretatus haec verba est Reisigius, puellam hosce senes tanquam parentes suos invocare ratus. At multo venustior est et fortior altera, ex qua simul apparet, cur illud *οὐκ ἀλαοῖς προσορωμένα ὄμμα σὸν ὄμμασιν* addiderit. Non, inquit, caecis oculis tuos intuens oculos, ut aliqua tui similis, tuoque cognata generi.

V. 249. Elmsleius, „male", inquit, „additum *χάριν*

πρός σ' ὅ τι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι,
ἢ τέκνον, ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός.

---

arguit metrum." At si omissum esset, male omissum argueret oratio, quae potior est metro. Scilicet ne Elmsleius quidem, quamvis iam in Elem. d. m. responsio versuum 242. et 249. indicata esset, adduci se passus est, ut artem poetae in condendo hoc systemate agnosceret: quam qui numeri cuiusque vim et naturam persentiscere didicerit, etiam admirari debebit: adeo hi duo versus, qui caeterorum vehementiam aptissime mitigant, impense flagitantis miserabili voci eximie conveniunt.

V. 250. Pro *ἐκ σέθεν* codd. Par. B. Ven. Vat. *ἕκαθεν*. Hinc Elmsleius coniicit *οἴκοθεν*, comparans Philoct. 469. *πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προςφιλές*. At diversa est illius loci ratio. Hic frigidius esset *οἴκοθεν*, multoque praestantius est *ἐκ σέθεν*, quod etsi tantummodo ad *τέκνον* referri potest, tamen ob id ipsum optime convenit huic in qua est Antigona commotioni animi. Scholiastae enim explicatio, *ὃ ἐκ σέθεν τίμιόν ἐστί σοι, ἀντὶ τοῦ, ὃ ἐκ σῆς προαιρέσεως τίμιόν σοι ἔνεστιν*, molestam iterationem continet.

V. 251. Libri, *ἢ λόγος*, quod Reiskius vel in *ἢ λέχος*, vel in *ἢ ἄλοχος*, hoc quidem male, mutari volebat. Verum videtur *ἢ λέχος*, quod est a Brunckio Reisigioque receptum. Quid *ἢ χρέος* sit, non satis se intelligere ait Elmsleius. Brunckii quidem interpretatio, sive possessio, non habet quo defendatur. *Χρέος* est necessitudo, res necessaria, qua quis aegre caret, ideoque ea delectatur. Vulgatae huius versus scripturae patronus exstitit nescio quis in Diario classico fasc. VI. 475. a quo et *λόγος* et *χρέος* et *θεὸς* ita sunt explicata, ut ea neque ante eum quisquam interpretatus est, nec post eum quisquam interpretabitur.

οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτὸν . . .
ὅςτις ἂν εἰ θεὸς
ἄγοι, 'κφυγεῖν δύναιτο.

V. 252. Libri veteres, βροτῶν. Tricliniani recte βροτόν. Laur. B. neutrum habet, ut si quis cum Par. B. T. Ven. Vat. Farn. ὃς ἂν scribat, metri integritati prospectum sit. Sed quum nec βροτὸν vel βροτῶν ab librariis additum videatur, neque ὅςτις ἂν leve a caeteris libris praesidium habeat, non puto dubitandum esse, quin pes unus exciderit, sive βροτὸν οὔτιν' ἂν, sive βροτὸν οὔποτ' ἂν scriptum fuit. Nam dipodias oportet integras esse, finirique systema eo metro, quo finitur quod praecessit systema dactylicum. Itaque lacunam notavi.

V. 254. Vulgo, ἄγοι, ἐκφυγεῖν δύναιτο. Par. B. Ven. Vat. ἄγει. Par. T. Farn. ἄγει γ'. Tricliniani ἄγοι γ'. Scribendum erat, ἄγοι, 'κφυγεῖν δύναιτο, ut hic versus responderet versui 235. De illa conversione numeri in fine systematum apud tragicos vide Elem. d. m. p. 102. et 659. Elmsleius, nihil in praecedente versu excidisse ratus, hic inseruit νιν, ut versus esset iambicus trimeter catalacticus, εἰ θεὸς ἄγοι νιν, ἐκφυγεῖν δύναιτο. Ita numeris quidem provisum est, nisi quod sublata est responsio inter hunc et v. 235. sed tanto minus consultum elegantiae orationis. Mirum enim in modum languet istud νιν, nec quidquam certius est, quam non esse illud ab Sophocle positum. Caeterum versus huius fabulae 236—263. a quibusdam grammaticis improbati sunt. Scholiastes ad v. 236. τὸ τῆς 'Αντιγόνης πρόςωπον ὅλον καὶ τοῦ χοροῦ τὸ τετράστιχον ἀθετοῦνται. κρεῖττον γάρ φασιν, εὐθέως τῷ δικαιολογικῷ χρήσασθαι τὸν Οἰδίπουν πρὸς αὐτούς. ἀλλὰ τὰ πράγματα αὐτοῖς οὐκ ἐν καιρῷ ἐστίν, ἀλλ' ἐν δυςπραγίᾳ, ὥςτε ἐπαφρόδιτον εἶναι αὐτοῖς τὴν ἐλε-

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἴσθι, τέκνον Οἰδίπου, σέ τ' ἐξ ἴσου
οἰκτείρομεν καὶ τόνδε συμφορᾶς χάριν·
τὰ δ' ἐκ θεῶν τρέμοντες, οὐ σθένοιμεν ἂν
φωνεῖν πέρα τῶν πρὸς σὲ νῦν εἰρημένων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δῆτα δόξης, ἢ τί κληδόνος καλῆς
μάτην ῥεούσης ὠφέλημα γίγνεται,
εἰ τάς γ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας
εἶναι, μόνας δὲ τὸν κακούμενον ξένον
σώζειν οἵας τε, καὶ μόνας ἀρκεῖν ἔχειν,
κἀμοίγε ποῦ ταῦτ' ἐστίν, οἵτινες βάθρων

ευνολογίαν. καὶ τοῦτο τὸ πρόςωπον ἡ Ἀντιγόνη πληροῖ· ἐπεὶ μέντοι οὗτοι οὐ πείθονται, τότε δικαιολογικώτερον καὶ ὥςπερ ἀπολογούμενος ἐκφέρει τὰ ἑξῆς ὁ Οἰδίπους, ὅτι ἀκουσία ἐστὶν αὐτοῦ τὰ ἁμαρτήματα. καὶ εἰ ταῦτα τῆς ὁμοίας ἔχεται δυνάμεως τοῦ ποιητοῦ, καθόλου θαυμαστή τις ἐστιν ἡ οἰκονομία τοῦ δράματος. οὐδὲν δὲ ἐν τοῖς Διδύμου τούτων ὀβελισθὲν εὕρομεν. Sapienter profecto Didymus.

V. 259. Affert haec Suidas usque ad verba κἀμοίγε ποῦ ταῦτ' ἐστί v. δόξα. Apud eum legitur ἢ καλῆς μοι κληδόνος et ὠφέλιμα.

V. 261. Quod in scholiis Romanis est, εἰ τάς γ' Ἀθήνας, recte exhibuit Brunckius. Apud Suidam et in vett. libris Sophoclis τ' est pro γ'. Omittunt particulam Tricliniani.

V. 262. Tricliniani male καλούμενον. Veram scripturam et caeteri libri habent, et Suidas.

V. 264. Tricliniani, Suidas, Brunckius, Reisigius, Elmsleius, κἀμοί γε ποῦ. Veteres libri, κἀ-

ἐκ τῶνδέ μ' ἐξάραντες εἶτ' ἐλαύνετε,
ὄνομα μόνον δείσαντες; οὐ γὰρ δὴ τό γε
σῶμ', οὐδὲ τἄργα τἄμ'· ἐπεὶ τά γ' ἔργα μου
πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα,

μοί γέ που, quod etiam apud scholiastam legitur, qui sic explicat: *καί μοι ποῦ ταῦτ' ἐστὶ τὰ λεγόμενα περὶ Ἀθηνῶν.* Apertum est ex iis quae sequuntur apud Sophoclem, scriptum ab eo esse *ποῦ.* Sed si, ut factum in libris, plene interpungitur ante *κἄμοίγε*, prava est coniunctio sententiarum. Quod sentiens Reisigius, *καὶ* Latine vertendum esse ait a t, auctorem adhibens Porsonum ad Phoen. 1373. At plane huc non pertinent, quae ibi Porsonus disputavit, neque omnino ista huius loci interpretatio defendi potest. Dicendum enim fuisset *ἐμοὶ δὲ ποῦ ταῦτ' ἐστίν.* Nihilominus recte scribitur *κἄμοί γε ποῦ ταῦτ' ἐστίν*, modo minus plene interpungatur ante haec verba. Sic enim procedit oratio Oedipi: quid iuvat existimatio temere dilabens, si Athenas pias esse dicunt miserisque opem ferre, et mihi illorum nihil obtingit? Id sic exprimit Oedipus, ut alteram partem enunciationis non, ut exspectabatur, per negationem proferat, *κἄμοί γε ταῦτ' οὐκ ἔστι*, sed nova interrogatione utatur. Apertum est autem sic haec explicanda esse, quia aliter in illis, *εἰ τάς γ' Ἀθήνας* et quae sequuntur, altera eaque principalis pars sententiae plane deesset.

V. 268. His usus est participiis, ut indicaret passiva magis quam activa fuisse facinora sua. Vtitur hoc dicto Aristides T. II. p. 231. Quae sequuntur, sic sunt intelligenda: si dicere tibi deberem, quomodo matrem ignarus ignaram interfecta Sphinge uxorem duxerim, patrem autem

εἴ σοι τὰ μητρὸς καὶ πατρὸς χρείη λέγειν,
ὧν οὕνεκ' ἐκφοβεῖ με. τοῦτ' ἐγὼ καλῶς
ἔξοιδα. καί τοι πῶς ἐγὼ κακὸς φύσιν,
ὅστις παθὼν μὲν ἀντέδρων, ὥστ' εἰ φρονῶν
ἔπρασσον, οὐδ' ἂν ὧδ' ἐγιγνόμην κακός;
νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην ἵν' ἱκόμην,
ὑφ' ὧν δ' ἔπασχον, εἰδότων ἀπωλλύμην.
ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς, ξένοι,
ὥσπερ με κἀνεστήσαθ', ὧδε σώσατε.
καὶ μὴ θεοὺς τιμῶντες, εἶτα τοὺς θεοὺς
μοῖραν ποιεῖσθε μηδαμῶς· ἡγεῖσθε δὲ

---

ignotus ignotum, quum prior ab eo laesus essem, occiderim, quorum facinorum culpam ipsi sustinent hi parentes mei, qui me puerum crudeli cruciatu affectum exposuerunt. *Ὧν* v. 275. ad patrem et matrem refertur.

V. 272. Sensus est: nihil nisi reddidi acceptam iniuriam, ita ut, ne si sciens quidem fecissem, scelestus essem. Apertum est enim, *ὧδε* ad *φρονῶν* referri. *Μὲν* spectat ad sententiae partem eam, quae omissa est, *δρῶν δὲ οὐκ ἤδη οὓς δρῴην*, sed continetur tamen iis, quae adiicit, *νῦν δέ*, et reliquis.

V. 277. Cod. Ven. *σώσατον*.

V. 278. Libri veteres, *τοὺς θεοὺς μοίραις ποιεῖσθε μηδαμῶς*. Tricliniani *μοῖραν*, quod revocavit Schaeferus, quum Brunckius ex coniectura dedisset *τῶν θεῶν ὤραν*. Tricliniana lectio, quamvis multa huiusmodi occurrant, tamen scrupulum obiecit Reisigio, ut is novum genus dicendi inveniret, *τοὺς θεοὺς μοίρας ποιεῖσθε μηδαμῶς*, genitivum esse volens *μοίρας*, quae scriptura in duobus codd. exstat. Melius, quid Graece diceretur, videbat Schaeferus: nam *μοῖραν ποιεῖσθε* dictum

βλέπειν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸν εὐσεβῆ βροτῶν,
βλέπειν δὲ πρὸς τοὺς δυςσεβεῖς· φυγὴν δέ του
μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.
ξὺν οἷς σὺ μὴ κάλυπτε τὰς εὐδαίμονας
ἔργοις Ἀθήνας ἀνοσίοις ὑπηρετῶν.

---

pro *ἔν τινι μοίρᾳ ἔχετε*, ideoque cum accusativo constructum: ut *δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ* v. 223. Vide quae attuli apud Seidlerum ad Troad. 123. De Sophoclis verbis monitum ad Vigerum adnot. 194. b. Veterum librorum scriptura fortasse defendi potest: sed non habeo tamen exempla in promptu, quibus eam satis firmem. Comparari potest, quod nos in vulgari sermone dicimus, stücke auf einen halten, licet id plerumque grosse stücke dicatur. Sic Aeschylus Prom. 291. *οὐκ ἔστιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν νείμαιμ', ἢ σοί.* In Triclinii vero scriptura nihil plane est, quod offendat. Nec malum *μοίρας*, modo pro accusativo habeatur.

V. 284. Scholiastes recte *ξὺν οἷς* refert ad deos. Quem reprehendens Reisigius, verba illa interpretatur proinde, comparatque *ἐν τοῖςδε* in Oed. R. 892. At neque illud significat proinde, neque hoc. Idem *κάλυπτε* vertit gloriae splendore spolia, hac in re obsequutus scholiastae, exemplisque id illustratum a Musgravio dicens. Exempla ista tria sunt, quorum duo nihil ad Sophoclem faciunt, haec dico, Pindari Ol. VII. 170. *μὴ κρύπτε κοινὸν σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνακτος*, quod est ne perde; et Aristidis T. II. p. 3. *οὗτοι φύσει καὶ δυνάμει διενεγκόντες τοὺς πρὸ αὐτῶν ἀπέκρυψαν.* Rectius comparari potuit tertium, quod affert exemplum, Pindari Pyth. IV. 258. *Μοῖραι δ' ἀφίσταντ', εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι*, si ea Graeca oratio esset. Non

ἀλλ' ὥςπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον,

---

enim puto omitti potuisse ὥςτε, si sensus est is, quem indicavit scholiastes: ἐὰν δέ τις ἔχθρα ὁμογόνοις γεννηθῇ, ὥςτε καλύπτειν τὴν αἰδῶ καὶ ἀποκρύπτειν, τουτέστι μὴ αἰδεῖσθαι, τοῦ τοιούτου πράγματος ἀφίστανται αἱ Μοῖραι. Immo, si recte se habet scriptura, verba illa cum sequentibus iungenda videntur, hoc modo: αἰδῶ καλύψαι οὐ πρέπει νῷν χαλκοτόροις ξίφεσιν, οὐδ' ἀκόντεσσιν μεγάλαν προγόνων τιμὰν δάσασθαι. Significabit autem ista locutio pudorem e conspectu removere, i. e. non respicere. Quod quum non quadret in Sophoclis locum, recte iudicavit Elmsleius, parum profici istiusmodi exemplis. Sed quod addit, κάλυπτε apud Sophoclem pro καταίσχυνε dictum esse, in eo non assentior, fateturque ipse, hanc explicationem illustratione indigere. Erit fortasse, qui κάλυπτε cum ἔργοις ἀνοσίοις constructum putet, sed ita, ut ad eadem verba etiam ὑπηρετῶν referatur, hoc sensu: ne obrue Athenas impiis factis: quod est ne cumula, quemadmodum Pindarus Ol. V. 36. ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον dixit, i. e. plenum periculi. Sed tamen nec satis simplex haec foret explicatio, et parum elegans, quia sic iusto fortius illa enunciaretur sententia. Itaque ego quidem sic potius interpretandum esse hunc locum puto: ne infitiare potentes Athenas, impiis te factis administrum praebens. Respicit enim Oedipus ad initium orationis suae, in quo quum laudari dixisset Athenas quod miseris opem ferrent, nunc monet chorum, ne faciant, ut in ipsis conspici nequeant Athenae earumque tantopere celebrata humanitas.

V. 285. Apud Suidam v. ἐχέγγυον, quod ille ἀσφαλῆ interpretatur, scriptum est οἰκέτην et, quod etiam cod. Vat. habet, καὶ φύλασσε. Ἐχέγ-

ῥύου με κἀκφύλασσε· μηδέ μου κάρα
τὸ δυςπρόςωπον εἰςορῶν ἀτιμάσῃς.
ἥκω γὰρ ἱερὸς εὐσεβής τε, καὶ φέρων
ὄνησιν ἀστοῖς τοῖςδ'· ὅταν δ' ὁ κύριος

γυος, quod sponsorem promissis stantem ac fide dignum significat, hic de eo dictum videtur, qui alius sponsione fretus est. Neque id mirandum, quum sponsionem habens, quae propria est huius vocabuli significatio, et is intelligi possit, cui fidunt alii, et is, qui aliis ipse fidit: sicut hoc ipsum, fidem habere, ambiguum est, ut et *πιστεύειν* Graece dici possit, et *πιστεύεσθαι*. Respicit autem ad chori verba v. 173. Musgravius *ἐπέγγυον*, Reisigius *ἐχέγγυος* coniiciebat.

V. 287. Aliquot codd. *δυςπρόςοπτον*, quo vocabulo usus est in Electra v. 460.

V. 289. Brunckius cum Triclinianis, *ὅταν δὲ κύριος παρῇ τις*, iure reprehensus ab Reisigio, quia non aliquem qui potestatem habeat, sed eum illum, qui rex sit, dicat Oedipus. Veteres libri, *ὅταν ὁ κύριος*. Alii codd. et secunda Iuntina, *ὅταν δ' ὁ κύριος*, quod ex coniectura dedit Reisigius, cui tamen *παρῇ 'γγὺς ὑμῶν* scribendum videtur. At id saltem *ἐγγὺς ἡμῶν* dici debuisset. Recte vero dictum *ὁ κύριός τις*, quod est, i s a l i q u i s, p e n e s q u e m p o t e s t a s e s t. Loquitur enim quasi quis ille sit nesciat. Non enim a choro, sed a viatore illo Atheniensi acceperat, Theseum esse. Recte etiam Brunckius *ὑμῶν* sequentibus iunxit, quod ante eum ad praecedentia referebatur. Nam illum, qui cognoscendae rei ius habeat, requirit Oedipus, eoque fine illum *κύριον* dicit: qui quoniam non potest alius esse quam rex huius regionis, propterea addit, *ὑμῶν ὅςτις ἐστὶν ἡγεμών*. In quibus verbis argutatur Reisigius, quum *ὑμῶν* male in initio collocatum

παρῇ τις, ὑμῶν ὅςτις ἐστὶν ἡγεμών,
τότ᾽ εἰςακούων πάντ᾽ ἐπιστήσει· τὰ δὲ
μεταξὺ τούτου, μηδαμῶς γίγνου κακός.

ΧΟΡΟΣ.

ταρβεῖν μὲν, ὦ γεραιὲ, τἀνθυμήματα
πολλή ᾽στ᾽ ἀνάγκη τἀπὸ σοῦ· λόγοισι γὰρ
οὐκ ὠνόμασται βραχέσι. τοὺς δὲ τῆςδε γῆς
ἄνακτας ἀρκεῖ ταῦτά μοι διειδέναι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ ποῦ ᾽σθ᾽ ὁ κραίνων τῆςδε τῆς χώρας, ξένοι;

ΧΟΡΟΣ.

πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει· σκοπὸς δέ νιν,

---

contendit. Aliud est enim, quum fortius pronunciatum ὑμῶν distingui illum indicat ab aliorum duce; aliud, quum non ita voce erectum pars est notionis, cuius altera pars in fine sententiae posita est: id enim eodem redit ac si sic dixisset, *ἡγεμὼν ὅςτις ἐστίν.* Illud vero ferri poterit: *ὅταν δ᾽ ὁ κύριος παρῇ τις ὑμῶν, ὅςτις ἐστίν, ἡγεμών.* Sed exile quid in ea oratione inesset.

V. 294. Variant libri, alii *πολλή τ᾽*, alii *πολλή γ᾽*, alii *πολλὴ ᾽στ᾽*, idque in optimo codice et Iuntina secunda et apud Suidam est v. *ταρβεῖν*, cuius cod. Leid. *πολλή σ᾽*. Haec quomodo differant, dixi ad Trach. 294. Recepit *πολλὴ ᾽στ᾽ ἀνάγκη* Brunckius. Sed Reisigio id scholae umbram redolere visum.

V. 295. *Οὐ βραχέσι λόγοις* non est longa oratione, sed non levibus dictis. *Βραχὺς* enim etiam exiguum, humilem, debilem significat: vide ad v. 197.

ὃς κἀμὲ δεῦρ' ἔπεμπεν, οἴχεται στελῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν' ἐντροπὴν
ἢ φροντίδ' ἕξειν, αὐτὸν ὥστ' ἐλθεῖν πέλας;

V. 299. Aliquot codd. et edd. vett. ἔπεμπεν, praeter Iunt. sec. in qua est ἔπεμψεν, quod Brunckius e Triclinianis recepit. Sic etiam Laur. A. sed suprascripto π. Praetuli imperfectum, ut in sermone familiari, et de re paullo ante acta. Neque id Elmsleio displicet.

V. 301. Codd. et edd. vett. ἀπόνως τ' ἐλθεῖν. Sed tamen cod. Vat. εἰ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν' ἐντροπὴν ἢ φροντίδ' ἥξειν ἐμπόνως τ' ἐλθεῖν πέλας. Atque ἐμπόνως τ' etiam cod. Ven. In edd. Triclinianis, κἀπόνως ἐλθεῖν, quod recepit Brunckius. Reisigius, suorum inventorum nimius amator, ut defenderet infelicem coniecturam, quam textui intulit, ἢ φροντίδ' ἕξειν ἀΐοντ' ἐλθεῖν πέλας, arguta nonnulla protulit adversus Elmsleium, qui ad Oed. R. 222. αὐτὸν ὥστ' ἐλθεῖν coniecit, cui coniecturae permagna commendatio ab eo accedit, quod in eamdem etiam alii inciderunt, Porsonus apud Kiddium p. 217. et Ed. Wunderus, quem latuerat eam ab illis iam occupatam esse. Illud vero miror, quod quum dubitaret Elmsleius, αὐτὸν praecedentibus an sequentibus iungendum esset, ad praecedentia referri maluit. Hoc solum enim recte est ab Reisigio adnotatum, molestum esse ibi αὐτόν et quasi fines periodi egredi. Alterum vero, quod ait, ad sequentia trahi non posse, quia ὥστε non post illam vocem poni debuerit, tanto minus refutari opus est, quod id ne ipsum quidem credere puto. Omnino, si vera est Elmsleii coniectura, ad sequentia pertinet αὐτόν, id-

ΧΟΡΟΣ.

καὶ κάρθ', ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἔσθ' ὁ κείνῳ τοῦτο τοὔπος ἀγγελῶν;

ΧΟΡΟΣ.

μακρὰ κέλευθος· πολλὰ δ' ἐμπόρων ἔπη

---

que et Porsonus videntur et Wunderus voluisse, hoc sensu, ipse ut huc veniat. Id igitur recepi, si quidem *ΤΤ* et *Π* in antiquis libris prope nihil differunt: non tamen ut damnatum velim κἀπόνως, si id ex codicibus, non ex suo arbitrio dederit Turnebus. Inanis enim illa est dubitatio, an id non significet haud gravate. Quidni enim, quum Pindarus dixerit Pyth. IV. 268. κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶκον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν. Neque vero improbem εὐπόνως τ' ἐλθεῖν πέλας, si id sit prompte ad laborem, i. e. ut facile hoc si quid est molestiae in se recipiat. Sed mirum tamen, nusquam quod sciam vocabulum εὔπονος inveniri, nisi corruptum in his apud Favorinum: εὔπονος ὄμβρος, εὔποτος.

V. 303. Laur. A. et Par. B. τίς ἔσθ', male.

V. 304. Reisigius ita scribit: „quod novum mittere nuntium dubitat chorus tum propter viae longitudinem, tum propter famae celeritatem, ostendit fore, ut Theseus alterius nuntii adventum antevertat.“ At nec de altero nuncio mittendo cogitat chorus, nec longitudinem viae, ne mittatur aliquis, commemorat, sed, ut ostendat facillime famam ad Theseum perventuram esse, multos ait, ut in via satis longa, viatores ultro citroque meare, qui rem novam alius alii narrent.

φιλεῖ πλανᾶσθαι, τῶν ἐκεῖνος ἀΐων,
θάρσει, παρέσται. πολὺ γὰρ, ὦ γέρον, τὸ σὸν
ὄνομα διήκει πάντας, ὥςτε κεἰ βραδὺς
εὕδει, κλύων σοὺ δεῦρ' ἀφίξεται ταχύς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' εὐτυχὴς ἵκοιτο τῇ θ' αὑτοῦ πόλει,
ἐμοί τε. τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ Ζεῦ, τί λέξω; ποῖ φρενῶν ἔλθω, πάτερ;

V. 308. Displicuit doctis quibusdam viris *κεἰ βραδὺς εὕδει*, ut Eldikius *σπεύδει*, Brunckius *ἕρπει*, Seidlerus *ἕρδει* corrigerent, Reiskius etiam *τἄλλ' ἦ*. At metaphorice dictum esse *εὕδει*, recte monuit Schaeferus. Sic in Oed. R. 65. *ὥςτ' οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε.* Ac videtur sic etiam illud in Trachiniis v. 175. intelligendum esse, *ὥςθ' ἡδέως εὕδουσαν ἐκπηδᾶν ἐμὲ φόβῳ.* Non male Reisigius *εὕδοι*. Nec tamen opus, si hoc dicere chorum putamus, propere adventurum esse regem, etiam si vel maxime remissus domi sedeat, quippe nihil de adventu Oedipi suspicans.

V. 310. Scholiastes: *οὐχ αὑτῷ φίλος. χρήσιμος. ὁ γὰρ ἀγαθὸς αὑτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις ἐστὶ χρήσιμος.* Eadem exstant apud Suidam v. *φίλος*, qui Sophoclis locum adscripsit. Non convenit haec interpretatio cum verbis, ut in textu scripta sunt: quorum hic est sensus, neminem bonum non suae utilitatis studiosum esse. Eius sententiae alia exempla attulit Reisigius. Dicit autem hoc Oedipus et de se et de Theseo.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δ' ἔστι, τέκνον Ἀντιγόνη;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

γυναῖχ' ὁρῶ
στείχουσαν ἡμῶν ἆσσον, Αἰτναίας ἐπὶ
πώλου βεβῶσαν· κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς
κυνῆ πρόςωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει.

V. 313. Edd. Triclinianae *ἆσσον ἡμῶν.* Quae sequuntur verba, Suidas v. *Αἰτναία πῶλος* et Zonaras p. 85. afferunt, respicitque Hesychius, grandem intelligi volentes. Ob velocitatem potius laudari equos Siculos, ostendit Reisigius, qui recte vidit, hanc potius equi illius virtutem, quam grande corpus hic commemorari. Quod si quid veri est in illa, quam attulimus, grammaticorum expositione, tamen ita erit existimandum, veloces illos equos fuisse, quod eximia proceritas cursum adiuvaret, quales Britannorum sunt cursores equi. Itaque *Αἰτναία πῶλος* tantumdem valet, atque equus cursor, quod ad scarabaeum, quo Trygaeus caelum peteret, facete transtulit Aristophanes.

V. 315. De pileo Thessalico, cuius is erat ambitus, ut optime soli arcendo inserviret, dixit Reisigius, quem etiam loci Callimachei, qui est a scholiasta allatus, inchoata a Toupio, egregie perfecta a Naekio emendatio non fugit. Ita igitur Naekius in dissertatione de Tzetzae quodam loco et fragmentis nonnullis Callimachi Bonnae a. 1821. edita scripsisse Callimachum ostendit: *ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν μεμβλωκὸς πίλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο ἴδεος ἐνδίοιο.* Respicit Sophoclis locum Suidas v. *ἡλιοστερής* et *πλατύπιλος.* Explicat Sophoclis verba Eustathius p. 803, 1. (722,

τί φῶ . .;
ἆρ' ἔστιν; ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἢ γνώμη πλανῶ;
καὶ φημὶ κἀπόφημι, κοὐκ ἔχω τί φῶ.
τάλαινα.
οὐκ ἔστιν ἄλλη. φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων

10.) ubi *μιν* legitur. Iuvabit etiam Valckenarium contulisse ad Adoniaz. p. 344. Coraes in Prodromo bibl. Gr. p. 298. coniiciebat *ἡλιοστεγής*.

V. 316. Libri, *τί φῶ;* Vnde ego ad Hecubam p. 73. mox *τάλαιν'* esse scribendum coniiciebam. Sed scite Elmsleius alia huius generis exempla commemoravit, quae non iambo, sed amphibracho sive Bacchio constant: mavultque ille *τί φημί* scribi, quod mea sententia *τὶ φημί* scribenbendum est, e c q u i d d i c o? i. e. verine aliquid dico, ut in Oed. R. 1471. et Trach. 867. Valde placeret mihi haec coniectura, veramque esse crederem, nisi et consensús librorum in vulgato, et illud aliquem scrupulum obiiceret, quod sic minus eleganter inferri videretur *καὶ φημὶ κἀπόφημι.* Itaque malui lacunae notam ponere. Suspicor enim scripsisse poetam, *τί φῶ νιν;* ut *τί φῶ σε* est apud Euripidem Phoen. 318.

V. 317. Edd. vett. *γνώμη.* Triclinianae *γνώμῃ.* Consentiunt in *πλανᾷ.* Sed Laur. A. *ἢ γνώμη πλανῶ*, ad ultimam syllabam superscripto *αι.* Apud Suidam, qui v. *ἆρ' ἔστιν* hunc et sequentem versum affert, legitur, *ἆρ' ἐστὶν οὐκ ἔνεστιν ἡ γνώμη πλανᾷ*, quae scriptura ita corrigenda: *ἆρ' ἔστιν; οὐκ ἔνεστιν· ἡ γνώμη πλανᾷ.* Sed nemo hoc praeferat. Vulgatae apte admovit Elmsleius Eurip. Iph. T. 577. *ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; τίς φράσειεν ἄν;* Optimi et antiquissimi codicis scriptura ut simplicior, ita venustior est: quare hanc praetuli.

V. 320. Tricliniani, *φαιδρὸν οὖν.* *Ἀπ' ὀμμάτων* aperte hic non, ut supra v. 15. dictum, sed ut

σαίνει μὲ προστείχουσα· σημαίνει δ' ὅτι
μόνης τόδ' ἔστι δῆλον Ἰσμήνης κάρα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πῶς εἶπας, ὦ παῖ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

παῖδα σήν, ἐμὴν δ' ὁρᾶν
ὅμαιμον· αὐδῇ δ' αὐτίκ' ἔξεστιν μαθεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

ὦ δισσὰ πατρὸς καὶ κασιγνήτης ἐμοὶ
ἥδιστα προσφωνήμαθ', ὡς ὑμᾶς μόλις
εὑροῦσα, λύπῃ δεύτερον μόλις βλέπω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τέκνον, ἥκεις;

ΙΣΜΗΝΗ.

ὦ πάτερ δύςμοιρ' ὁρᾶν.

---

cum σαίνει coniunctum sit. Sic Aeschylus Agam. 247. ἔβαλλ' ἕκαστον θυτήρων ἀπ' ὄμματος βέλει φιλοίκτῳ.

V. 322. In cod. Ricc. A. deest δῆλον. Apud Suidam v. σημαίνει legitur, σημαίνει δ' ὅτι μόνης τόδ' ἐστὶν Ἰσμήνης φίλον κάρα. Hinc facile elegantem scripturam reponas, ὅτι μόνης τόδ' ἐστὶ φίλιον Ἰσμήνης κάρα. Sed δῆλον tamen bene defensum videtur ab Reisigio, ita ut sit manifestum, quemadmodum in Trachin. v. 11. ἐναργὴς ταῦρος, nisi quod nos id non, ut ille ait, Germanice lebendig, sed leibhaftig dicimus.

V. 328. Quum quibusdam in libris genuina scri-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, πέφηνας;

ΙΣΜΗΝΗ.

οὐκ ἄνευ μόχθου γέ μοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρόςψαυσον, ὦ παῖ.

ΙΣΜΗΝΗ.

θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ σπέρμ᾽ ὅμαιμον.

ΙΣΜΗΝΗ.

ὦ δυςάθλιαι τροφαί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἢ τῆςδε κἀμοῦ;

---

ptura δύςμοιρ᾽ ὁρᾶν, quae in uno tantum cod. Par. A. et in plerisque edd. exstat, in δύςμορ᾽ ὁρᾶν depravata esset, quod est in Iunt. sec. et aliquot codd. mala metricorum imperitia excogitavit δύςμορ᾽ ἐςορᾶν, idque exibent codices nonnulli. Versum, qui post hunc legebatur, ex Musgravii sententia posui post v. 330.

V. 332. Libri omnes ἦ vel ἢ τῆςδε κἀμοῦ. Tum duo codd. et Ald. ac Turn. δυςμόρου δ᾽ ἐμῆς τρίτης. Caeteri codd. et edd. Iunt. sec. ac Stephaniana, quaeque hanc exceperunt, δυςμόρου δ᾽

ΙΣΜΗΝΗ.

δυςμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, τί δ' ἦλθες;

ἐμοῦ τρίτης. Hic versus quum in libris omnibus subiectus sit verbis illis, θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ, scholiastes ita scripsit: *δυςμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης.* οἱ γὰρ περιλαμβάνοντές τινα, καὶ ἑαυτοὺς τρόπον τινὰ περιλαμβάνουσιν. ἰδιαζόντως δὲ εἶπεν, ὡς ἑαυτῆς τρίτης θιγγάνει, εἰ μὴ ἄρα καὶ τὸ *δυςάθλιαι* ὑπήντηκε. Perabsurda haec esse vidit Marklandus in explicationibus, quas Euripidis Supplicibus adiecit, p. 248. Itaque hunc versum sic scribendum censuit: ὦ τῆςδε κἀμοῦ. δυςμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης. Id receperunt Brunckius et Reisigius: atque hic quidem multum operae impendit defendendae huic emendationi. Sed etsi quaedam ille probabiliter disputavit, tamen non adeo difficile sit, et refellere ista et contrariam exornare sententiam. Id ego quidem relinquam aliis: illud tantum velim animadverti, qui post longum tempus convenerunt, ubi sese amplectuntur, id ipsum verbis solere exprimere, quod amplexando significant, id est amorem suum. Id autem facit Oedipus, quum in amplexu filiae est, his verbis, ὦ σπέρμ' ὅμαιμον, quae verba simul et amoris et infelicis, quae inter Oedipum filiamque est, cognationis significationem continent, ita ut gaudio admixtum dolorem conscientiamque flagitii indicent. Haec quidem consentanea sunt motibus animi naturalibus: illud autem repugnat iis, ubi amplexus sit filiam, non eum de illa, sed de se atque altera filia loqui.

ΙΣΜΗΝΗ.

σῇ, πάτερ, προμηθίᾳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πότερα πόθοισι;

ΙΣΜΗΝΗ.

καὶ λόγοις γ᾽, αὐτάγγελος,
ξὺν ᾧπερ εἶχον οἰκετῶν πιστῷ μόνῳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἱ δ᾽ αὐθόμαιμοι ποῖ νεανίαι πονεῖν;

V. 334. Edd. Triclinianae, καὶ λόγοις αὐτάγγελος. Veteres edd. καὶ λόγοις τ᾽ αὐτάγγελος, praeter Iunt. sec. quae cum codd. quibusdam καὶ λόγοις γ᾽ habet: quorum in Laur. A. et Ricc. B. supra scriptum est ων. Brunckius ex cod. T. edidit καὶ λόγων αὐτάγγελος. Hoc, modo γ᾽ inseras, simplex est et venustum. Reisigius praetulit καὶ λόγοις γ᾽ αὐτάγγελος, idque fecit etiam Elmsleius. Sed Reisigius quod ait, eo tum ipsa natura colloquendi, antegresso dativo πόθοισι, lectorem ferri, tum propriam esse vim dativi ad significandam perpetuam et constitutam τοῖς λόγοις nunciam: posterius illud quaesitum est et durum. Sensus est, καὶ λόγοις γε, αὐτάγγελος αὐτῶν. Id interpungendo indicavi.

V. 336. Libri ποῖ, nisi quod duo non optimi codd. ποῦ habent, quod dedit Brunckius, probatque Elmsleius. Ποῖ recte tuitus est Reisigius, licet quos ille aculeos hic sibi invenire visus est, nimii sint. Illud verum est, ποῖ dicere Oedipum, ut significet, q u o i l l i a b i e r u n t. Potuissetque ita

ΙΣΜΗΝΗ.

εἴσ' οὗπέρ εἰσι. δεινὰ τἀκείνοις τανῦν.

---

etiam Euripides dicere in Oreste v. 1472. ποῦ δῆτ' ἀμύνειν οἱ κατὰ στέγας Φρύγες; quem locum apte adhibuit Vauvillersius, ut explicaret, quid sibi vellet adiectum πονεῖν. Sensus est enim: quo abierunt fratres tui, ut laborem hunc suscipiant: i. e. quo abierunt, ut non ipsi potius hunc laborem susciperent? Hinc intelligitur, frustra pro πονεῖν Canterum τὸ νῦν, alios πόνων scribi voluisse. Laur. B. ποῦ νεανίαι κυρεῖν.

V. 337. Membranae Brunckii, δεινὰ δ' κείνοις, sic. Laur. B. Ricc. A. et edd. ante Brunckium, δεινὰ δ' ἐν κείνοις, quod ab Reisigio receptum probat Elmsleius. Par. F. Ricc. B. δεινὰ δ' ἐκείνοις. Sic etiam Laur. A. addito ν a correctore. Brunckius cum quattuor non optimis codd. δεινὰ τἀκείνοις. Scholiastes: δεινὰ δ' ἐκείνοις τανῦν. νῦν δὲ τὰ ἐν ἐκείνοις δεινά. Vnde Schaeferus coniiciebat, δεινὰ τἀν κείνοις τανῦν. Vulgata δεινὰ δ' ἐν κείνοις τανῦν, sensum praebet hunc: gravia sunt inter illos. Quod ut potuerit dici, tamen et inutilis est particula δέ, nec sententia illa eleganter expressa. Multo exquisitior est illa scriptura, quam, ut fit interdum, minus boni codices conservarunt. Nam primo recte deest δέ, quia haec adiiciuntur explicationis caussa. Deinde minime vulgare est τἀκείνοις, attractione dictum simili, ut in Electra v. 137. ἀλλ' οὔ τοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις, ubi vide alia. Plena oratio foret, δεινὰ ἐκείνοις τὰ αὐτῶν ἐστί, vel δεινὰ τὰ ἐκείνων ἐστὶν αὐτοῖς, quae sunt in brevius contracta per illud genus attractionis. Ita legisse etiam scholiastam aper-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ πάντ᾿ ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις
φύσιν κατεικασθέντε καὶ βίου τροφάς.
ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας
θακοῦσιν ἱστουργοῦντες· αἱ δὲ σύννομοι
τἄξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ᾿ ἀεί.
σφῷν δ᾿, ὦ τέκν᾿, οὓς μὲν εἰκὸς ἦν πονεῖν τάδε,
κατ᾿ οἶκον οἰκουροῦσιν, ὥστε παρθένοι·
σφὼ δ᾿ ἀντ᾿ ἐκείνων τἀμὰ δυστήνου κακὰ
ὑπερπονεῖτον. ἣ μὲν ἐξ ὅτου νέας
τροφῆς ἔληξε, καὶ κατίσχυσεν δέμας,
ἀεὶ μεθ᾿ ἡμῶν δύσμορος πλανωμένη
γεροντα γωγεῖ, πολλὰ μὲν κατ᾿ ἀγρίαν
ὕλην ἄσιτος νηλίπους τ᾿ ἀλωμένη,
πολλοῖσι δ᾿ ὄμβροις ἡλίου τε καύμασιν

---

tum est, cuius adnotationem Reisigius cum Aldi scriptura congruere, aliis non ita facile, ut sibi ipsi, persuaserit.

V. 338. Attigit hunc locum Eustathius p. 31, 12. (23, 45.) Confer Herodot. II, 35.

V. 341. Leviter corrupta poetae verba exstant apud Suidam v. *σύννομοι.*

V. 343. Consentiunt libri in *σφῷν*, quod est cum *πονεῖν* coniungendum: vobis qui hanc operam praestare debebant. Sed observanda in his negligentia orationis: sic enim quum coepisset, inferre debebat *αὗται δέ*. Non male legeretur, *σφὼ δ᾿, ὦ τέκν᾿*, ut id deinde repetatur, *σφὼ δ᾿ ἀντ᾿ ἐκείνων.*

V. 349. Verbum *γεροντα γωγεῖ* ex h. l. recordatus Moschopulus in Opusc. p. 78. confudit Sophoclem cum Aristophane Eq. 1099. Affert h. l. Suidas v. *νηλίπους.*

μοχθοῦσα τλήμων, δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς
οἴκοι διαίτης, εἰ πατὴρ τροφὴν ἔχοι.
σὺ δ', ὦ τέκνον, πρόσθεν μὲν ἐξίκου πατρὶ
μαντεῖ' ἄγουσα πάντα, Καδμείων λάθρα,
ἃ τοῦδ' ἐχρήσθη σώματος· φύλαξ δέ μου
πιστὴ κατέστης, γῆς ὅτ' ἐξηλαυνόμην·
νῦν δ' αὖ τίν' ἥκεις μῦθον, Ἰσμήνη, πατρὶ
φέρουσα; τίς σ' ἐξῆρεν οἴκοθεν στόλος;
ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς
ἔξοιδα, μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ', ἅ'παθον, πάτερ,

V. 356. Non recte Elmsleius *φύλαξ τέ μου* scripsit. Nam etsi praecedenti *μὲν* nemo non videt illud *δὲ* respondere, quod est v. 358. tamen id nihil impedit, quin aliud in medio *δὲ* sit, non pertinens ad praegressum *μέν*. Recte vero libri *φύλαξ δέ μου*, quia sensus est: hac autem re fidam te mihi custodem praebuisti.

V. 361. Frustra haeserunt viri docti in particulis *μὴ οὐχί*, ita ut Schaeferus in Melet. cr. p. 43. *μὴ σὺ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι* scribendum putaret. Differunt *μὴ* solum et *μὴ οὐχὶ* ita, ut illud si non, hoc autem nisi significet. Nihil dubitationis excitatum esset, si animadvertissent interpretes, particulas istas ita esse cum praegressa oratione constructas, ut non tam ad verba illa, quam ad sententiam, quae in iis inest, referrentur, quam patet talem esse, ut etiam requirat eas particulas: *οὐ γὰρ ἂν ἦλθες, μὴ οὐχὶ δεῖμά τι φέρουσα.*

ζητοῦσα τὴν σὴν, ποῦ κατοικοίης, τροφήν,
παρεῖσ' ἐάσω. δὶς γὰρ οὐχὶ βούλομαι
πονοῦσά τ' ἀλγεῖν, καὶ λέγουσ' αὖθις πάλιν.
ἃ δ' ἀμφὶ τοῖν σοῖν δυςμόροιν παίδοιν κακὰ
νῦν ἐστι, ταῦτα σημανοῦσ' ἐλήλυθα.
πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως, Κρέοντί τε
θρόνους ἐᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν,
λόγῳ σκοποῦσι τὴν πάλαι γένους φθοράν,
οἷα κατέσχε τὸν σὸν ἄθλιον δόμον·
νῦν δ' ἐκ θεῶν του κἀλιτηρίου φρενὸς

V. 363. Deteriores codices sequutus Brunckius, *ποῦ κατοικοίη, τροφήν*, edidit, quod merito improbatum est ab Reisigio atque Elmsleio.

V. 368. Libri, *ἦν ἔρις*. Tyrwhitti optimam emendationem *ἔρως*, in quam etiam Musgravius incidit, merito receperunt Brunckius atque Elmsleius. Reisigio ea mala visa, ut novum dicendi genus procuderet, *πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν, ἔριν Κρέοντί τε θρόνους ἐᾶσθαι.* Illud *ἦν* ipsi placet significare c o n s t i t u t u m e r a t. Particulae *τε* respondet *δὲ* in *μηδέ*, quia e disiunctione, *Κρέοντί τε θρόνους ἐᾶσθαι, αὐτούς τε μὴ ἐρίζειν*, in oppositionem transit.

V. 371. Apud Suidam v. *οἷα* scriptum *τὸν τρισάθλιον δόμον.*

V. 372. MSS. Tricliniani et ed. Turn. *κἀξ ἀλιτηρίου φρενός*, quod recepit Brunckius. Veteres libri et edd. reliquae *κἀξ ἀλιτηροῦ.* Et sic Suidas v. *ἀλιτροῦ*, estque *ἀλιτηρὸς φρὴν* ex Sophocle commemorata etiam Eustathio p. 694, 16. (573, 36.) Pauci, neque illi boni codices, *κἀξ ἀλητήρου.* Toupii in Em. Suid. T. I. p. 431. coniecturam, *κἀλιτηρίου φρενός*, Reisigius et Elmsleius receperunt, quorum ille *ἀλιτρίου*, quod Heathio

εἰςῆλθε τοῖν τριςαθλίοιν ἔρις κακή,

---

in mentem venit, Graecum esse putat, Elmsleius autem non putat Graecum esse ἀλιτηρός. Nobis quidem ἀλίτριος non magis Graecum videtur, quam si quis ἀδίκιος diceret; ἀλιτηρὸς autem neque analogiae repugnat, et diserte commemoratur ab Eustathio p. 717, 22. et 1529, 41. ut ex quo ortum sit ἀλιτρός. E verbo ἀλείτειν, pro quo tantum αὐθυπότακτον in usu est ἀλιτεῖν, factum ἀλείτης, quo Homerus usus est. Eius nominis alia forma est ἀλίτας, media correpta, quae restituenda est Euripidi in Heracl. 614. τὸν δ' ἀλίταν εὐδαίμονα τεύχει. Fuerunt tamen, qui etiam apud Homerum, cui media syllaba longa est, ἀλίτην, scriberent, a verbo barytono ἀλίτω. Vide Orionem Theb. p. 32. Etym. M. p. 62, 1. 65, 1. 13. et Ruhnk. Ep. cr. p. 92. Itidem ex aoristo est ἀλιτήριος, ἀλιτηρός, ἀλιτρός. Sed e praesenti ea analogia, qua multorum derivata verborum ει penultimae in οι mutant, formatum est ἀλοιτός, quod exstat apud Lycophronem v. 136. commemoratum etiam grammaticis pariter ut ἀλοιτή, et ἀλοιτήεσσα. Non incredibile est, ex hac forma deductum esse adiectivum ἀλοιτηρός, ut, si id confirmari possit, suspicio nascatur, scripsisse Sophoclem, κἀξ ἀλοιτηροῦ φρενός. Nam in vulgata ἀλιτηρὸς secunda syllaba produci nullo modo potest, licet ista vocalis longa inveniatur in Homerico νηλιτεῖς Odyss. π. 317. τ. 498. quod inde sumpsit Apollonius. Sed apud Homerum nescio an rectius scripserint alii νηλίτιδες, ut referunt Eustathius p. 1874. 8. et Suidas v. νηλίτης, qui technicos η pro ι scribere ait Aeolice, quod etiam scholiastes ad Od. π. 317. testatur.

V. 373. Elmsleius ex Porsoni sententia in praef. ad Hec. p. 28. dedit τοῖν τρὶς ἀθλίοιν, ne singulae

ἀρχῆς λαβέσθαι καὶ κράτους τυραννικοῦ.
χὠ μὲν νεάζων καὶ χρόνῳ μείων γεγὼς
τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολυνείκη θρόνων
ἀποστερίσκει, κἀξελήλακεν πάτρας.
ὃ δ', ὡς καθ' ἡμᾶς ἔσθ' ὁ πληθύων λόγος,
τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγάς, προςλαμβάνει
κῆδός τε καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους,

---

dipodiae integris verbis complerentur. Valde illa me iudice exilis diligentia foret, si id ita cavissent tragici, ut numquam admitterent, praesertim quum saepe etiam singulos pedes ex singulis vocabulis composuerint, qui multo deterior numerus est. Accedit, quod parum prodest illud Porsoni remedium. Quis enim, etiam si divisim scribatur *τρὶς ἀθλίοιν*, non in pronunciando coniunget eas voces, quum sensu sint coniunctae? Quod vero summum est, de hoc quidem versu plane ille inanis metus erat, quem si quis non prorsus indocte insciteque pronunciat, ita debebit distinguere, *εἰςῆλθε* | *τοῖν τρισαθλίοιν* | *ἔρις κακή*.

V. 376. Edd. veteres et optimi codd. *Πολυνείκη* pro *Πολυνείκην*, quod in caeteris est. Exempla utriusque formae congessit Elmsleius in censura Marklandi Supplicum ad v. 928. quorum unum apud Aristophanem terminationem *η* exposcit, caetera admittunt, etiamsi fere libri *ην* habent. *Θρόνων* e plerisque codd. et ed. Iunt. secunda ac Triclinianis adscitum, ut usitatum de regno: de qua re dixit Reisigius. Edd. vett. et duo codd. *θρόνον*. Notatus hic locus littera *χ* a grammaticis, quod Sophocles Polynicen maiorem natu dixit, minorem autem Eteoclem. Alii enim, ut Euripides, contrarium prodiderunt.

V. 380. Elmsleius coniicit, *κῆδός τε κλεινόν*. Non ausim ego quidem librorum scripturam ten-

ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον
τιμῇ καθέξον, ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.
ταῦτ' οὐκ ἀριθμός ἐστιν, ὦ πάτερ, λόγων,
ἀλλ' ἔργα δεινά· τοὺς δὲ σοὺς ὅποι θεοὶ
πόνους κατοικτιοῦσιν, οὐκ ἔχω μαθεῖν.

---

tare. Sic enim dictum videtur *καινόν*, ut significetur, quoniam ille in sua gente praesidium non invenisset, novam eum sibi affinitatem quaesivisse, ut inde haberet auxilium.

V. 381. Brunckius cum Par. A. F. Ricc. A. dedit *Καδμεῖον.* Caeteri libri et scholiastes *Καδμείων*, quod restituerunt Reisigius et Elmsleius. Vide ad Bacch. 1.

V. 382. *Καθέξον* e membranis a Brunckio repositum pro *καθέξων*, quod caeteri libri omnes habent. Sed corrupit hunc locum eo Brunckius, quod pro particulis *ἢ* — *ἢ* posuit *δὴ* — *καί*. Explicatio in scholiis duplex proposita, una qua *τιμῇ* pro *τιμωρίᾳ* dictum putatur, altera, eaque vera, qua honorem significet. Nam sensus est, A r g i s a u t d e T h e b a n i s g l o r i a m r e p o r t a t u r i s, a u t e o s a u c t u r i s g l o r i a. *Τιμὴ* enim, *κλέος*, *εὖχος*, ut vel ex Homero notum, gloriam significat victoris.

V. 385. Vnus tantum codex Par. F. *κατοικιοῦσιν*, quod ex coniectura posuit Bothius. *Ὅποι* alii quomodo, Reisigius, q u a t e n u s, q u a m i n p a r t e m interpretatur, qui tamen vereor ut cuiquam persuasurus sit, in Electra v. 1445. scripsisse Sophoclem, *κεῖσε τὴν ἐν τῷ πάρος χρόνῳ θρασεῖαν.* Mihi *ὅποι* ita dictum videtur, ut locus et regio intelligi debeat, in quam deducturi sint Oedipum dii, laborum eius miserti.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ', ὡς ἐμοῦ θεοὺς
ὥραν τιν' ἕξειν, ὥςτε σωθῆναί ποτε;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἔγωγε τοῖς νῦν γ', ὦ πάτερ, μαντεύμασιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίοισι τούτοις; τί δὲ τεθέσπισται, τέκνον;

ΙΣΜΗΝΗ.

σὲ τοῖς ἐκεῖ ζητητὸν ἀνθρώποις ποτὲ
θανόντ' ἔσεσθαι ζῶντά τ', εὐσοίας χάριν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἄν τι τοιοῦδ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν;

V. 391. Verba *ζῶντά τ' εὐσοίας χάριν* afferunt Suidas v. *εὔσοια*, et Zonaras p. 912. Eam scripturam etiam scholiastes commemorat. Vulgo enim male legitur *εὐνοίας*.

V. 392. Idem dixerat supra v. 73. *καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις.* Non bene hoc instituit poeta, ut quod hic nunciatur oraculum, nihil nisi confirmet antiquam illam dictionem, quae Oedipo olim erat data. Illius quidem mentio facta est in principio fabulae, ut ne casu in hos locos venisse Oedipus videretur, sed animi spectatorum statim ab initio ad exspectationem fatalis necessitatis excitarentur. Quod quum provide esset et sapienter factum, non debebat nunc eadem res tanquam novum quid per confabulationem exquiri, sed potius continua oratione ab

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅτ' οὐκ ἔτ' εἰμί, τηνικαῦτ' ἄρ' εἴμ' ἀνήρ.

ΙΣΜΗΝΗ.

νῦν γὰρ θεοί σ' ὀρθοῦσι, πρόσθε δ' ὤλλυσαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

γέροντα δ' ὀρθοῦν, φλαῦρον, ὃς νέος πέσῃ.

ΙΣΜΗΝΗ.

καὶ μὴν Κρέοντά γ' ἴσθι σοι τούτων χάριν

Ismena nunciari, rescivisse principes Thebanorum, quid olim Oedipo respondisset oraculum. Ita enim cavisset poeta, ne fallerentur spectatores, qui, uti nunc istam narrationem composuit, novum quid se audituros esse exspectant, cognito autem relatum esse intelligunt, quod neque Oedipo ignotum esset, et ipsi ab illo iam supra indicatum meminissent. Ad scripturam quod attinet, vulgo legitur, *τίς δ' ἂν τοιοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν.* Sed quum Laur. B. et a prima manu Par. A. habeant *τί δ' ἄν*, Laur. A. B. Par. F. Ricc. A. B. autem praepositionem omittant, his indiciis reponendum iudicavi, *τίς δ' ἄν τι τοιοῦδ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν.* Nihil enim opus praepositione, *τὶ* autem excidere potuit facillime propter sequentem vocem. Non dissimile est illud in Oed. R. 1005. *ὅπως σοῦ πρὸς δόμους ἐλθόντος εὖ πράξαιμί τι.*

ἥξοντα βαιοῦ κοὐχὶ μυρίου χρόνου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅπως τί δράσῃ, θύγατερ; ἑρμήνευέ μοι.

ΙΣΜΗΝΗ.

ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας, ὅπως

V. 400. Ambiguum reliquit poeta, quomodo haec intelligenda essent. Nusquam enim perspicue docuit, quale hoc esset, quod hic et v. 788. seq. significavit, Thebanos in vicinia suae ditionis habere Oedipum voluisse. Oraculum, cuius et hic et alibi in hac fabula mentio fit, paullo explicatius commemoratum est a scholiasta ad v. 458. χρησμὸς γὰρ ἦν, ὡς ἦν οἱ Ἀθηναῖοι τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐγκρατεῖς γένωνται, ἔσοιτο αὐτοῖς ποτὲ σωτὴρ πολιορκουμένοις ὑπὸ Θηβαίων, εἴτε κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, εἴτε καθ' ἕτερον. ταῦτα δὲ εἰκὸς ποιητικώτερον ὑπὸ τοῦ Σοφοκλέους πεπλάσθαι ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν Ἀθηναίων. πολλαχοῦ δὲ οἱ τραγικοὶ χαρίζονται ταῖς πατρίσιν ἔνια. Non puto ego quidem haec penitus ficta, sed summam rei ex antiqua quadam fama acceptam esse. Itaque quaerendum est, quid sit, quod dicit Antigona v. 403. κείνοις ὁ τύμβος δυςτυχῶν ὁ σὸς βαρύς. Brunckio sepulcrum in terra peregrina intelligendum videtur. At si illi Oedipum neque apud exteros sepeliri volebant, suo autem in agro ne humarent, parricidium impediebat, ut v. 408. discimus, nihil profecto reliquum fuisset, quam ut ossa viri vel cineres in mare abiicerent. Nam quod commentus est Doederlinus, ut Hellerus refert in programmate a. 1820. edito, Thebanos simile imperium in socios suos, ut Athenienses solebant, exercuisse, qualem iis putat necessitudinem

κρατῶσι μέν σου, γῆς δὲ μὴ 'μβαίνῃς ὅρων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἡ δ' ὠφέλησις τίς θύρασι κειμένου;

ΙΣΜΗΝΗ.

κείνοις ὁ τύμβος δυστυχῶν ὁ σὸς βαρύς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κἄνευ θεοῦ τις τοῦτό γ' ἂν γνώμῃ μάθοι.

ΙΣΜΗΝΗ.

τούτου χάριν τοίνυν σε προσθέσθαι πέλας

---

fuisse cum illis, quos dubiae significationis nomine *ξυμμόρους* appellet lib. IV. c. 93. Thucydides; talique in regione eos sepeliri voluisse Oedipum: id vereor ne parum prosit ad expediendam rei difficultatem. Omnino enim etiam socialis ager peregrinus erat, ut is locus, ubi sepultus esset Oedipus, in bello cladem allaturus Thebanis videretur, etiam si non defecissent socii; magis autem, si defecissent. Quare mihi verior videtur Elmsleii sententia, qui *δυστυχοῦντα τύμβον* iustis honoribus carentem intelligit. Atqui quum oraculum, ut ait scholiastes, Athenienses ab obsidione Thebanorum liberatum iri dixisset, si essent Oedipi sepulcro potiti, illud metuere Thebanos necesse erat, ne receptus Athenis Oedipus ibi et sepeliretur, et sacris, quae ei a civibus suis fieri oportuisset, coleretur. Eam ob caussam operam dabant, ut, quoniam patria eum tellure condi nefas esset, certe non longe a finibus agri Thebani tenerent. Sic enim sperabant se corpore

χώρας θέλουσι· μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατῇς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἢ καὶ κατασκιῶσι Θηβαίᾳ κόνει;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τοὔμφυλον αἷμά σ', ὦ πάτερ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκ ἆρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτέ.

---

mortui facile potituros, quo eum extra patriam quidem, sed clam sepelirent, sacrisque rite peractis, ne eruta ab hostibus ossa alio transportari possent, neve manes eius sibi iratos haberent.

V. 406. Libri omnes, *μηδ'*, vel *μὴ δ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατῇς*. Brunckius edidit *κρατοῖς*, quem sequutus est Elmsleius. Scholiastes recte: *μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατῇς. μὴ δὲ ἐὰν σε ὅπου ἂν σαυτοῦ ἐξουσιάσῃ. λείπει τὸ ἐὰν ῥῆμα. ἢ ἀπὸ κοινοῦ τὸ προςθέσθαι.* Vulgatam servavit Reisigius. Vide ad v. 190.

V. 409. Libri *οὐκ ἆρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσιν ποτέ*, quod revocarunt Reisigius atque Elmsleius, quum Brunckius *κρατήσουσιν* e Dawesii praecepto dedisset, quae scriptura in cod. T. supra scripta est. Elmleius hic, pariterque in Philoct. 106. 114. *οὔτ' ἄρα*, i. e. *οὔτοι ἄρα* scribendum putat. Male enim his versibus signum interrogandi apponi, quod hic recte omiserit Turnebus, repositumque a Stephano sustulerit Heathio auctore Brunckius. Nihil mutandum esse, nisi quod in Oedipo signa interrogationis abesse debent, ex iis planum erit, quae de particula *ἆρα* in praefatione dicentur.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἔσται πότ' ἄρα τοῦτο Καδμείοις βάρος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίας φανείσης, ὦ τέκνον, ξυναλλαγῆς;

ΙΣΜΗΝΗ.

τῆς σῆς ὑπ' ὀργῆς, σοῖς ὅταν στῶσιν τάφοις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἃ δ' ἐννέπεις, κλύουσα τοῦ λέγεις, τέκνον;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀνδρῶν θεωρῶν Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ;

V. 412. Schaeferus coniiciebat, *σοῖς ὅτ' ἐνστῶσιν τάφοις*, quando arma intulerint terrae, ubi tu sepultus iacebis. De interpretatione assentitur Reisigius, sed mutationem non putat necessariam esse. Ego ne posse quidem ita scribi existimo, isto quidem sensu. Nam si *ἐνστῶσιν* legitur, est id aut idem, quod *στῶσιν*, ut non opus sit mutatione, aut significat, resistent tuae sepulturae, quod alienum ab huius loci ratione est. Simpliciter intellige, quum constiterint in tuo sepulcro. Quod ambiguum reliquit dei dictio, utrum esset de hostili incursione, an de quocunque alio ad ea loca accessu accipiendum.

ΙΣΜΗΝΗ.

ὥς φασιν οἱ μολόντες εἰς Θήβης πέδον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

παίδων τις οὖν ἤκουσε τῶν ἐμῶν τάδε;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἄμφω γ' ὁμοίως, κἀξεπίστασθον καλῶς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες, πάρος
τοὐμοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλγῶ κλύουσα ταῦτ' ἐγώ· φέρω δ' ὅμως.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην
ἔριν κατασβέσειαν, ἐν δ' ἐμοὶ τέλος

V. 417. Elmsleium miror *τίς* interrogativum ex veteribus libris restituisse, quum Vauvillersius et Brunckius, aliique recte encliticum *τις* dedissent.

V. 418. Membranae, Ald. aliique veteres libri *ἄμφω θ' ὁμοίως*. Quod praetulerunt Elmsleius et Reisigius. Recte in Triclinianis, *ἄμφω γ' ὁμοίως*. Vide ad Oed. R. 562.

V. 421. *Φέρω* est affero, nuncio. Vide Lobeck. ad Ai. 798.

V. 422. Quidam libri *τῶν πεπραγμένων*, alii *τὴν πεπραγμένην*, quas scripturas haud facile invenietur qui vulgatae praelatas velit.

V. 423. Male Elmsleius *δ'* in *τ'* abire iussit

αὐτοῖν γένοιτο τῆςδε τῆς μάχης πέρι,
ἧς νῦν ἔχονται, κἀπαναίρονται δόρυ·
ὡς οὔτ' ἂν ὃς νῦν σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχει,
μείνειεν, οὔτ' ἂν οὑξεληλυθὼς πόλιν
ἔλθοι πότ' αὖθις· οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ
οὕτως ἀτίμως πατρίδος ἐξωθούμενον
οὐκ ἔσχον, οὐδ' ἤμυναν· ἀλλ' ἀνάστατος
αὐτοῖν ἐπέμφθην, κἀξεκηρύχθην φυγάς.
εἴποις ἂν, ὡς θέλοντι ταῦτ' ἐμοὶ τότε
πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν.

---

propter praegressum *μήτε.* At hic aperte e partitione commutatio fit in oppositionem.

V. 425. Libri *κἀπαναιροῦνται*, quod vix aptum. Itaque reposui *κἀπαναίρονται*, quod scholiastes legit, qui sic interpretatur: *κατ' ἀλλήλων ἐπαίρουσιν.*

V. 426. Quum Brunckius *ὡς* pro ut accepisset, quod propter additum *ἂν* post *οὔτε* fieri non potest, recte monuit Elmsleius, esse id pro *ἐπεὶ* dictum. Ita optativi cum *ἂν* coniuncti potestatem habent futurorum.

V. 427. Notanda non mala duorum codd. et Iuntinae secundae scriptura *πάλιν* pro *πόλιν.*

V. 430. Veteres libri *ἤμυνον*, quod etsi defendi potest, tamen praestare videtur caeterorum librorum scriptura *ἤμυναν*, quam etiam Reisigius Elmsleiusque servarunt.

V. 433. Quod quidam ex deterioribus codd. habent, *κατήνεσεν*, adnotatum illud etiam a Turnebo, receperat Brunckius. *Κατήνυσεν* ex plerisque et antiquioribus libris Elmsleius restituit praegresso Reisigio, qui non tantum annuisse civitatem, sed etiam perfecisse quod cupiebat Oedipus, monet, comparans v. 439. Verum hoc argumen-

οὐ δῆτ᾽, ἐπεί τοι τὴν μὲν αὐτίχ᾽ ἡμέραν,
ὁπηνίκ᾽ ἔζει θυμός, ἥδιστον δέ μοι
τὸ κατθανεῖν ἦν καὶ τὸ λευσθῆναι πέτροις,
οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ᾽ ἐφαίνετ᾽ ὠφελῶν·
χρόνῳ δ᾽, ὅτ᾽ ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων,
κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι
μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων,
τοτηνίκ᾽ ἤδη τοῦτο μέν, πόλις βίᾳ
ἤλαυνέ μ᾽ ἐκ γῆς χρόνιον· οἱ δ᾽ ἐπωφελεῖν,

---

mentum ita comparatum est, ut, si omnes libri *κατήνεσεν* haberent, non id mutandum esset.

V. 435. Nescio an scripserit *ἥδιστόν τέ μοι.* Si recte se habet *δέ*, sic debet intelligi: ubi fervebat mihi omnino animus, iucundissimum autem erat mori lapidibusque obrui. Quod aliis verbis dicas: ubi in exsilium libenter abiissem, magis autem optavissem mori.

V. 437. Bene scholiastes: *τούτου τοῦ ἔρωτος οὐδείς με ἐποίει ἀπολαῦσαι.* Illud vero non recte: *τοῦ ἀποθανεῖν δέ φησιν.* Nam exsilium intelligit. *Ἔρωτος τοῦδε ὠφελῶν* est *ὠφέλημα τοῦδε τοῦ ἔρωτος παρέχων.*

V. 438. Hoc dicit: aliquanto post autem, quum omne istud malum iam mitigatum esset, sentiremque iram mihi in poenam excessisse maiorem peccatis, tum demum et civitas me sero expulit, et qui opem ferre, digni patre, patri poterant, facere id noluerunt. Peracerbe addidit illud, *οἱ τοῦ πατρός*, i. e. vere patris filii, nec degeneres, sed, ut ego in meum patrem, ita in me impii. De *τὸ δρᾶν* v. ad Ai. 114.

V. 441. *Τὸ τηνίκα* utrum cum codd. quibusdam scribatur, quod Musgravio atque Elmsleio placuit, an *τοτηνίκα*, parum interest.

V. 442. Elmsleius suspicatur *χρόνιον* significare

οἳ τοῦ πατρός, τῷ πατρὶ δυνάμενοι, τὸ δρᾶν
οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ἔπους σμικροῦ χάριν
φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.
ἐκ ταῖνδε δ', οὔσαιν παρθένοιν, ὅσον φύσις
δίδωσιν αὐταῖν, καὶ τροφὰς ἔχω βίου,
καὶ γῆς ἄδειαν, καὶ γένους ἐπάρκεσιν·
τὼ δ' ἀντὶ τοῦ φύσαντος εἱλέσθην θρόνους
καὶ σκῆπτρα κραίνειν, καὶ τυραννεύειν χθονός.
ἀλλ' οὔ τι μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου,
οὔτε σφιν ἀρχῆς τῆςδε Καδμείας ποτὲ
ὄνησις ἥξει. τοῦτ' ἐγᾦδα, τῆςδέ τε

---

in perpetuum. Quod ego non puto fieri posse, sed repeti, quod modo dixerat, *χρόνῳ*, sero.

V. 443. Quid esset *ἔπους σμικροῦ χάριν*, recte perspexit Brunckius, qui sic est interpretatus: potius quam eum verbulo defenderent. I. e. paucorum verborum caussa, quae eos dicere pigebat, exsul factus sum.

V. 446. Libri Tricliniani *κἀκ ταῖνδε* vel *κἀκ τῶνδε*. Veteres, *ἐκ ταῖνδε*, quod iure revocatum a Brunckio. Piersonus apud Valckenarium ad Phoen. 1249. *κἀκ ταῖνδε δισσαῖν*. v. Porson. Advers. p. 166. Recte monet Reisigius, minime supervacaneum esse participium *οὔσαιν*. Ab hisce, quae virgines sint, quantum per sexum valeant, et alimenta sibi praeberi dicit, et locum provideri, in quo degat, et effici ut liberos se habere sentiat. Ita enim dicit *τέκνων ἐπάρκεσιν*, ut indicet suppetere sibi liberos per has, non per fratres earum, quos non habeat filiorum loco.

V. 451. Elmsleius exconiectura *οὔτε μή*.

V. 453. Edd. ante Brunckium cum plerisque et optimis codd. *τῆςδέ γε*, quod restituit Reisigius.

μαντεῖ' ἀκούων, συννοῶν, τά τ' ἐξ ἐμοῦ
παλαίφαθ' ἅμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε
πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα πεμπόντων, ἐμοῦ
μαστῆρα, κεἴ τις ἄλλος ἐν πόλει σθένει.
ἐὰν γὰρ ὑμεῖς, ὦ ξένοι, θέλητέ μου
σὺν προστάταις σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς

Quattuor codd. et Brunckius *τῆςδέ τε*, quod merito etiam ab Elmsleio praelatum. Valde enim hic inutile est *γέ*, nec placuisset Reisigio, opinor, si recte intellexisset ea quae sequuntur verba: quae ille quum Heathio Brunckioque ducibus sic scribenda putaret, *συννοῶν τε τάξ ἐμοῦ*, male *μαντεῖα τὰ ἐξ ἐμοῦ* interpretatur oracula propter me edita. Qui sensus non potest in his verbis esse. Immo separate positum *συννοῶν*, illa autem *τὰ ἐξ ἐμοῦ* coniungenda sunt cum verbo *ἤνυσεν*, sublata interpunctione post *ἁμοί.* Sic enim construi debent verba: *τά τε ἁμοὶ Φοῖβος ἐξ ἐμοῦ ποτὲ ἤνυσε παλαίφατα.* Verte: id ego scio et huius audiens oracula, quum reputo, et per me quas Phoebus olim antiquas dictiones effectum dedit. In mente habet illud oraculum, quo sibi caedes patris et connubium cum matre praedictum fuerat: quorum facinorum videt non posse alium exitum esse, quam ut scelestum genus sceleste adepto regno excidat.

V. 459. Canteri coniecturam *σὺν ταῖςδε ταῖς σεμναῖσι* cum Brunckio receperunt recentiores. Pro *ταῖςδε* libri omnes *ταῖσι.* Non esset quod quis in dubitationem vocaret emendationem Canteri, si nihil amplius variarent libri, quamquam vel illud satis mirum est, quod in aperto vitio *ταῖσι ταῖς* omnes consentiunt. Sed in optimo codice Laur. A. et in Par. F. legitur *πρὸς ταῖσι ταῖς*,

ἀλκὴν ποιεῖσθαι, τῇδε τῇ πόλει μέγαν
σωτῆρ' ἀρεῖσθε, τοῖς δ' ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους.

ΧΟΡΟΣ.

ἐπάξιος μὲν, Οἰδίπους, κατοικτίσαι,
αὐτός τε, παῖδές θ' αἵδ'· ἐπεὶ δὲ τῆςδε γῆς
σωτῆρα σαυτὸν τῷδ' ἐπεμβάλλεις λόγῳ,

---

superscripto in Laur. ad praepositionem σὺν. In Ricc. B. autem προσταῖσι ταῖς. Haec me adduxerunt, ut non dubitarem reponere, quod satis aperte his scripturis contineri videbatur, σὺν προστάταις σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς. In masculino προστάταις ne quis haereat, Lobeckii diligentia providit, ad Aiacem p. 273. Δημοῦχοι, quas Brunckius praesides populi interpretatur, simpliciter intelligendae quae hunc populum tenent, in eoque habitant. Vide v. 1089.

V. 460. Edd. Triclinianae, τῇδε μὲν πόλει. Laur. A. et tres alii codd. τῇδε μὲν τῇ πόλει. Edd. vett. Brunckius, Reisigius, Elmsleius recte τῇδε τῇ πόλει. Nam salus urbis est, qua permovere senes vult Oedipus, non suorum clades inimicorum. Sed si invertisset, addere debuisset μέν, τοῖς μὲν ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους, τῇδε δὲ πόλει μέγαν σωτῆρα.

V. 461. Non dixerim ad verba, τοῖς δ' ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους, non esse ἀρεῖσθε subaudiendum, sed δώσετε, quae Elmsleii sententia est. Nam hoc dicit Oedipus: me huic urbi magnum sospitatorem recipietis, inimicis autem meis ultorem.

V. 462. Laur. A. et Ricc. B. ἐπάξιον, unde quis coniiciat ἐπάξιοι. Sed ἐπάξιος, quod caeteri omnes habent, in ipsoque Laur. A. per litteram ς supra scriptam adnotatum est, pro vero habendum, quia de Oedipo praecipue sermo est, puellarum autem istarum mentio obiter adiicitur.

παραινέσαι σοι βούλομαι τὰ σύμφορα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλταθ᾽, ὡς νῦν πᾶν τελοῦντι προξένει.

ΧΟΡΟΣ.

θοῦ νῦν καθαρμὸν τῶνδε δαιμόνων, ἐφ᾽ ἃς
τὸ πρῶτον ἵκου καὶ κατέστειψας πέδον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τρόποισι ποίοις; ὦ ξένοι, διδάσκετε.

ΧΟΡΟΣ.

πρῶτον μὲν ἱερὰς ἐξ ἀειρύτου χοὰς
κρήνης ἐνέγκου, δι᾽ ὁσίων χειρῶν θιγών.

V. 466. Affert hunc versum Suidas v. προξένει.

V. 467. Non bene membranae Paris. et Ricc. A. ἐφ᾽ αἷς.

V. 468. E scholiis, quorum partem Suidas habet in v. κατάστειψον πέδον, triplicem intelligitur huius verbi scripturam esse, κατέστεψας, quod est etiam in codd. quibusdam; κατάστεψον, quae aperta est emendatio alicuius grammatici; et κατέστειψας, quod in caeteris libris est, nisi quod in quibusdam MSS. male scriptum κατέστιψας.

V. 471. Pro ἐνέγκου et θίγων Elmsleius ἐνεγκοῦ et θιγών. Et θιγὼν quidem edd. vett. praebuerunt, probaruntque Schaeferus et Reisigius. Nullum enim praesens θίγω exstat. Afferunt hos duos versus scholiastes Aristophanis ad Ach. 960. apud quem ἐνέγκοι legitur, et Suidas v. χοάς, qui omittit θιγών. Ἐνεγκοῦ, an ἐνέγκου praestet, non ausim dicere: v. ad v. 745.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅταν δὲ χεῦμα τοῦτ' ἀκήρατον λάβω;

ΧΟΡΟΣ.

κρατῆρές εἰσιν, ἀνδρὸς εὔχειρος τέχνη,
ὧν κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβὰς ἀμφιστόμους.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

θαλλοῖσιν, ἢ κρόκαισιν; ἢ ποίῳ τρόπῳ;

V. 472. Hunc quoque versum cum sequente habent scholiastes Aristophanis et Suidas l. c. ac Suidas addit etiam versum 474. Apud utrumque legitur *χεῦμα τοῦτ'*, ut in Sophoclis cod. Par. F. Iidem scriptores haec sic afferunt, ut versum 472. choro videantur tribuisse: habent enim *λάβῃς* pro *λάβω*. Placere id sibi adnotavit Valckenarius. Vulgo *τοῦτο χεῦμ'*.

V. 473. Scholiastae placet, Daedalum fuisse, qui pocula ista fecisset.

V. 474. Mendose apud Suidam v. *χοάς* legitur, *ὧν κατέρεψον καὶ λαβὲ ἀμφὶ στόμα.* Et *κατέρεψον* quidem apud eundem etiam in v. *λαβαῖς* scriptum. *Λαβαὶ ἀμφίστομοι* quales intelligendae sint, dubitat scholiastes. Analogia ansas significari postulat in utraque craterum parte pervias, ut manus inseri possit. Quot numero crateres fuerint, non indicat poeta. Argutatur enim Reisigius, qui e v. 481. colligit, duos fuisse: nam si de prioribus libationibus quales esse debeant sciat Oedipus, scire etiam de postrema; de hac autem quia nesciat, nescire etiam de illis: unde hic *οἷν κρᾶτ' ἔρεψον*, illic autem *τοῦ τῶδε πλήσας θῶ* scribendum coniicit. At id non *τῶδε*, sed *αὐτῷ* dici oportuisset.

ΧΟΡΟΣ.

οἷος νεώρου νεοπόκῳ μαλλῷ βαλών.

V. 476. Libri οἷος νεαρᾶς. Deinde edd. vett. et optimi codd. νεοτόκῳ et βαλών. Tricliniani libri οἰοπόκῳ et λαβών. Valckenarius ad Phoen. 994. coniecit, οἷος νεογνῆς εὐπόκῳ μαλλῷ λαβών. Musgravius νεωροῦς, vocabulum tragicis ipsique Sophocli usurpatum, sed tamen, quoniam potestate cum νέορτος convenire videtur, ab hoc loco alienum. Reisigius νεώρας intulit, sed neglexit docere, feminina huius nominis forma usos esse Graecos. Doederlinus atque Elmsleius Heathii coniecturam οἷός γε νεαρᾶς amplexi sunt. Non improbo, licet neuter veram rationem particulae perspexisse videatur. De Elmsleio testantur exempla, quibus utitur, quorum nonnulla aliena sunt. Doederlinum autem sua ipsius verba coarguunt: non enim explicate distincteque dixit, poni γε ubi quis accuratius respondeat, quam alter, qui interrogaverat, exspectet. Ita enim dictum oportuit, usurpari γὲ in respondendo, quum quis id, quod alter dixit, confirmet, sed simul amplius definiat. Hic, quia Oedipus dixit ἦ κρόκαισιν, responderi potuit, οἷός γε νεαρᾶς μαλλῷ. Tolle vero illa Oedipi verba, et nullo modo poteris inferri γέ. Iudicari ex his poterit, quo iure Reisigius in Oedipi versu particulam istam narrandi ordini repugnare dixerit. Non puto tamen verum vidisse Heathium, quum in Laur. A. οἰνεοτόκωι, supra scripto οἰοπόκῳ, in Par. F. et Ricc. B. οἰνεοτόκω, in Laur. B. σὺν νεοτόκω legatur. Ex quibus scripturis facile coniicias, dedisse Sophoclem οἷος νεώρου, cui quum explicatio νεαρᾶς adscripta esset, ex utroque verbo conflatum est illud νεαρᾶςοι. Νεοπόκῳ Cantero debetur.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

εἶεν· τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή;

ΧΟΡΟΣ.

χοὰς χέασθαι πάντα πρὸς πρώτην ἕω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ τοῖςδε κρωσσοῖς, οἷς λέγεις, χέω τάδε;

ΧΟΡΟΣ.

τρισσάς γε πηγάς· τὸν τελευταῖον δ' ὅλον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε.

V. 477. Recte dicit Elmsleius, usitatius fuisse, *τὸ δ' ἐνθένδε* vel *τοὐνθένδε δέ*. Et potuerat sane poeta scribere, *εἶεν· τὸ δ' ἐνθένδ' εἰπὲ ποῖ τελεῖν με χρή*. In *ποῖ* consentiunt libri, quod Elmsleius quum in Musei critici fascic. VI. p. 276. in *πῇ* mutari voluisset, nullam huius coniecturae mentionem fecit in editione Oedipi, ut hodie aliter sentire videatur. Non male scriberetur *πῇ*, quod esset qua ratione. Sed nihil est, cur corrigatur *ποῖ*, quod sic est accipiendum: reliqua vero quonam me adducere oportet?

V. 479. Vox *κρωσσὸς* ex h. l. commemorata Eustathio p. 603, 22. (459, 18.)

V. 480. Ternas libationes dici, recte monuit Heathius. Eas ex sola aqua constitisse, e praecedentibus colligi potest.

V. 481. Sensus verborum est: quanam re hunc impletum statuam? scilicet ante quam libem. Coniicit autem Oedipus, quia ultima liba-

ΧΟΡΟΣ.

ὕδατος, μελίσσης· μὴ δὲ προσφέρειν μέθυ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅταν δὲ τούτων γῆ μελάμφυλλος τύχῃ;

ΧΟΡΟΣ.

τρὶς ἐννέ' αὐτῇ κλῶνας ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν
τιθεὶς ἐλαίας, τάσδ' ἐπεύχεσθαι λιτάς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τούτων ἀκοῦσαι βούλομαι. μέγιστα γάρ.

ΧΟΡΟΣ.

ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν

---

tione totus crater sit effundendus, omnino hanc libationem a prioribus diversam esse: unde quaerit, quid ex isto cratere effundi oporteat.

V. 482. Insolentius *μέλισσαν* pro melle dixit. Vide quae dixi in Wolfii Analectis vol. II. P. I. p. 67. sqq. et Lobeckium ad Phryn. p. 187. *Μὴ δὲ* hic cum veteribus libris scripsi, non *μηδέ*, quia vere adversativum est *δέ*.

V. 483. *Γῆν μελάμφυλλον* non herbidam, sed arborum densitate umbrosam intelligi debere, Doederlinus ostendit, allato scholiastae Pindari ad Pyth. I. 52. testimonio, cui Elmsleius addidit Aristoph. Thesm. 1006.

V. 484. Operiri iubet locum, in quo profusa sit libatio, ramis oleaginis ordine, ut alii a dextra, alii ab sinistra imponantur.

V. 487. Elmsleius *ὥς σφᾶς* edidit, semper *ὀρθοτονεῖσθαι* ratus pronomen illud ex veterum

στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον,

---

grammaticorum praecepto, de qua re paucis dixit ad Medeae v. 1345. p. 288. At neque grammatici veteres id tradiderunt, sed et Herodianus et alii nunc inclinari accentum, nunc servari monuerunt, nec librorum fide sese tutari potest illud σφᾶς, ubi non dicitur cum oppositione quadam alius personae. Eumenidum nomen qui ab homine Atheniensi pronunciari non potuisse vel sibi persuasit, vel aliis persuadere voluit, Reisigius, is p. XXXV. speciosam primo adspectu coniecturam protulit, ὥς σφας καλοῦμεν, εὐμενεῖς ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην, scholiastam fideiussorem adhibens, quem sic legisse putat, quia scribat: ὡς καλοῦμεν αὐτάς, Εὐμενίδας δηλονότι, οὕτως αὐτὰς καλῶν κἀξευμενῶν καὶ ἵλεως ποιούμενος, ἱκέτευε αὐτὰς δέχεσθαί σε τὸν ἱκέτην ἐπὶ σωτηρίᾳ. Sed illud ei in hac re satis lepidum accidit, ut suis ipse laqueis caperetur, qui non animadverterit, verba illa, ὥς σφας καλοῦμεν, omni sensu vacua esse, nisi illud ipsum nomen Εὐμενίδας ad integrandam orationem adhibeatur; ut etiam si omittas, tamen testetur chorus vocari eas Eumenides. Scilicet ex illa quam protulit versuum 42. et 43. interpretatione, hoc diceret chorus: uti eas vocare deberemus, sed non vocamus, ita precare ut te propitiae recipiant.

V. 488. Alienum est ab hoc loco σωτήριον activo significatu, quod Bothio et Reisigio p. 228. placet, recteque Elmsleius in alteram partem inclinat, exempla tamen desiderans, in quibus σωτήριος pro σῶς dictum inveniatur. At ita tamen posuisse videtur Aeschylus Ag. 655. σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον ἥκοντα. Et in Coeph. 234. δακρυτὸς ἐλπὶς σπέρματος σωτηρίου.

αἰτοῦ σύ τ' αὐτὸς, κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ,
ἄπυστα φωνῶν, μηδὲ μηκύνων βοήν.
ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος. καὶ ταῦτά σοι
δράσαντι θαρσῶν ἂν παρασταίην ἐγώ·
ἄλλως δὲ δειμαίνοιμ' ἂν, ὦ ξέν', ἀμφὶ σοί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ παῖδε, κλύετον τῶνδε προσχώρων ξένων;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἠκούσαμέν τε, χὤ τι δεῖ πρόστασσε δρᾶν.

V. 489. Pro vulgato *σύ γ' αὐτὸς* tres codd. *σύ τ' αὐτός*. Et ita Elmsleius edidit, scribendumque coniecit Reisigius, id ut sit *εἴτε σὺ αὐτός, εἴτε ἄλλος*, unde scholiastam recte membra per *ἢ* divisisse: *ἢ σὺ ταῦτα ποίει, ἢ ἄλλος τις ὑπέρ σου ταῦτα ποιείτω.* Non prorsus dissimile est illud Aeschyli in Sept. ad Th. 433. *θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν καὶ μὴ θέλοντος φησίν.* Vide ad Electr. 873.

V. 490. *Ἄπυστα* ex h. l. habere putantur Suidas et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 441, 9. Verba *μηκύνων βοὴν* quum contrarium praecedentium continere debeant, recte sunt ab interpretibus de submissa voce accepta, falliturque Doederlinus in Specim. p. 93. longas preces dici putans.

V. 495. Vulgo Ismenae hic versus tributus. In appendice Turnebi Antigonae et Ismenae nomen adscriptum. Antigonae dedit Brunckius, quem tacens sequutus est Reisigius. Nihil caussae, cur, quum caetera in hac scena ab Ismena pronuncientur, haec sint Antigonae verba.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά. λείπομαι γὰρ ἐν
τῷ μὴ δύνασθαι μήθ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν.
σφῷν δ' ἡτέρα μολοῦσα πραξάτω τάδε.
ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι κἀντὶ μυρίων μίαν
ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν, ἢν εὔνους παρῇ.

V. 496. „Interpunctionem teneo", inquit Reisigius, „quam statui in Coniect. p. 70. neque constructionem muto." Tenebit igitur solus: non enim aliis persuadebit, Sophoclem isto modo construxisse atque interpunxisse: *λείπομαι γὰρ ἐν, τῷ μὴ δύνασθαι μηδ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν*, i. e. *λείπομαι γὰρ ἐν δυοῖν κακοῖν.* Bothium, qui *λείπομαι γὰρ οὖν* coniecit, sequutus est Elmsleius et ad Med. 804. At id est n a m c e r t e, quod parum huic loco convenit.

V. 497. Elmsleius *μηδ' ὁρᾶν* contra libros, sed probabiliter. Ita legendum censet etiam Reisigius. Mihi cur librorum scriptura non damnanda videatur, dictum ad Elmsleii Medeam v. 4. p. 334. ed. Lips. Reisigii obiectioni, cuius eum infra ipsum immemorem fuisse ad v. 707. videbimus, respondi in eodem libro ad v. 1319.

V. 498. Elmsleius *ἁτέρα*, uti *θἀτέρα* est in Oed. R. 782. ubi tamen Iuntina secunda *η* praebet. Mihi satius visum libros sequi, quia etiam si *θἀτέρα* dixerint, tamen non continuo sequitur etiam *ἁτέρα* probatum esse.

V. 500. Certatim probata a viris doctis Canteri emendatio *ἐκτίνουσαν.* Libri *ἐκτείνουσαν*, quod Doederlinus in Specim. p. 93. ad preces referens defendendum putabat, idem esse ratus ac *μηκύνουσαν.* Nunc ita censet, significari *χεῖρας ἐκτείνουσαν μετὰ λιτῶν* vel *ἐν λιταῖς*, Euripidem affe-

ἀλλ' ἐν τάχει τι πράσσετον· μόνον δέ με
μὴ λείπετ'. οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας
ἔρημον ἕρπειν, οὐδ' ὑφηγητῶν ἄνευ.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ' εἶμ' ἐγὼ τελοῦσα· τὸν τόπον δ' ἵνα
χρῆσται μ' ἐφευρεῖν, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν.

---

rens in Or. 275. *πολλὰς γενείου τοῦδ' ἂν ἐκτεῖναι λιτάς*. At neque huic exemplo similis est Sophoclis versus, et multo minus aliis, quos addit.

V. 503. Tres codd. et edd. Triclinianae, quas recentiores editores sequuti sunt, *οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ*. Veteres libri *οὐδ' ὑφηγητοῦ δ' ἄνευ*. Vt hoc aperte falsum est, ita alterum non rectius dictum. Recte, omisso *οὐδέ*, diceretur, *οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας ἔρημον ἕρπειν ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ*. Sed quod edunt, si expleas orationem, ineptum esse videbis: *οὐκ ἂν σθένοι ἔρημον ἕρπειν, οὐδὲ ἕρπειν ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ*, quod est, non potero solus ire, neque ire, sine duce quidem. At id dici debebat, non potero solus ire, nec sine duce. Ex his apparet, Triclinianam scripturam nihil esse nisi vitiosae scripturae non bonam correctionem. Scholiastes: *ἄνευ χειραγωγοῦ. ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἕρπειν. οὐκ ἰσχύω βαδίζειν.* Sophoclem aut *οὐδ' ὑφηγητοῦ δίχα*, aut *οὐδ' ὑφηγητῶν ἄνευ* scripsisse puto: quorum id, quod minus a vulgato recedit, recipiendum duxi.

V. 504. Par. B. Vat. Ven. *τοῖς τόποις δ' ἵνα.*

V. 505. Veteres libri *χρῇ ''σταί μ' ἐφευρεῖν*. Nec variatur, nisi in accentu. *Τοῦτο* editi cum seqq. coniungunt. Scholiastae adnotatio in codice sic scripta: *χρῆσται μ' ἐφευρεῖν: χρείη ἔσται κατὰ*

συναλιφὴν χρῆσται. ἀντὶ τοῦ χρεία ἔσται. δηλοῦται δὲ ταυτὸν τὸ δεήσει. καὶ ἐν τριπτολέμωι, χρῆσται δέ σ' ἐνθένδ' αὖτις. Quod F. A. Wolfio in Analect. litter. vol. I. P. II. p. 456. et Reisigio in Syntagmate critico p. 32. visum, χρεία in χρῆ contracto, crasin illam χρῆ ʺσται factam esse, dubium quidem, sed tamen veri similius est, quam quod ego aliquando suspicabar, χρῆσται futurum esse, significans δεήσει, contractum ex χρήσεται ita ut ἔσται dicitur. Brunckius et audacter et male scripsit, ἵνα τὰ χρεῖ' ἐφεύρω. Vide ad v. 190. Schaeferus coniecit, τὸν τόπον δ' ἵν' ἂ χρὴ ʺσται μ' ἐφευρεῖν, τόνδε βούλομαι μαθεῖν. Eamdem coniecturam biennio ante propositam esse a G. Burgesio in Append. ad Troad. p. 180. monuit V. D. in Diar. class. fasc. LVI. p. 302. surreptam Porsono suspicans, quod ego quidem non minus inique dictum puto, quam illud, ne potuisse quidem Burgesium eiusmodi coniecturam facere. Doederlinus in Specim. p. 42. ἵνα ἔσται μ' ἐφευρεῖν τοῦτο. Elmsleius leni litterarum mutatione edidit, ἵνα χρὴ στέμμ' ἐφευρεῖν, sed obstat huic coniecturae et articuli omissio, quem hic aegre desideramus, et antiquitas vulgatae scripturae loco Triptolemi a scholiaste munitae, denique res ipsa. Non solum enim ubi ter noveni isti rami quaerendi essent, sed totus ille locus, qui crateres et caetera haberet, qua parte luci esset, nesciebat Ismene. Hunc itaque locum ubi inveniat, quaerit. Id vidit alter interpres in cod. Laur. A. cuius haec adnotatio est: ἔνθα τὸ ὕδωρ ἐστίν, ἡδέως ἂν εἰδείην. Sophoclis e Triptolemo versui adde duo alia exempla apud Suidam v. χρή, apud quem ter ibi male χρῆσθαι scriptum. Repone sic: λέγουσι δέ ποτε καὶ χρῆσται ἀντὶ τοῦ δεῖ. Φερεκράτης Λήροις· τὸ δ' ὄνομά μοι κάτειπε τί σε χρῆσται καλεῖν. Ἀριστοφάνης Λημνίαις· ἡ καρδία τε τίς; ἀλλὰ πῶς χρῆσται ποιεῖν;

ΧΟΡΟΣ.

τοὐκεῖθεν ἄλσους, ὦ ξένη, τοῦδ'· ἦν δέ του

Quod V. D. cuius mentionem feci, in Diarii class. fasc. LVI. p. 303. pro vera scriptura commendavit, ἶν', ἃ χρή, ῥᾷστ' ἐφευρεῖν, id ille Burgesii deridendi caussa scripsit.

V. 506. Libri τοὐκεῖθεν ἄλσους ὦ ξένη τοῦδ'. Glossa, κατὰ τὸ ἐκεῖθεν τοῦ ἄλσους. Solus Ricc. A. ἄλσος, cum glossa κατὰ τό. Elmsleium non dubitasse edere, quod in commentariis Edinburg. T. XIX. p. 79. in censura Hecubae a Porsono editae p. 261. ed. Lips. coniecit, τοὐκεῖθεν ἄλσος, ὦ κόρη, τόδ', id ego quidem vehementer miror. Primum enim nego ita Graece dici posse. Nam quod ait, κατὰ intelligendum esse, id hodie quis est qui non scholiastis, nihil non per κατὰ explicare solitis, relinquendum sciat? At exempla affert: Sophoclis in Oed. R. 1134. Euripidis in Helena v. 2. „etc." Illa caetera vellem attulisset, quae ego quidem nego ulla eiusmodi inveniri, ut comprobare quod ipsi videtur possint. Nam quod in Oedipo Rege scriptum est, εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι κάτοιδεν ἦμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον ὃ μὲν διπλοῖσι ποιμνίοις, ἐγὼ δ' ἑνί, ἐπλησίαζον τῷδε τἀνδρί, in eo loco quis non videat mutatam esse verborum structuram, ut, quum dicere vellet poeta, ἦμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον κατεῖχον, illi verbo substitueret accuratiorem rei explicationem, ἐπλησίαζον τῷδε τἀνδρί? Magis etiam mirum foret, si in Helena esset κατὰ intelligendum, quo loco de Nilo scriptum est: ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον, λευκῆς τακείσης χιόνος, ὑγραίνει γύας. Nam Αἰγύπτου πέδον cum verbo ὑγραίνει construendum esse, cui uberioris explicationis caussa adiectum sit γύας, innumerabilia evincunt similia exempla. Deinde omnis illa Elmsleii coniectura nititur Por-

σπάνιν τιν' ἴσχῃς, ἔστ' ἔποικος, ὃς φράσει.

ΙΣΜΗΝΗ.

χωροῖμ' ἂν εἰς τόδ'· Ἀντιγόνη, σὺ δ' ἐνθάδε
φύλασσε πατέρα τόνδε. τοῖς τεκοῦσι γὰρ
οὐδ' εἰ πονεῖ τις, δεῖ πόνου μνήμην ἔχειν.

ΧΟΡΟΣ. α΄.

στροφὴ α΄.

δεινὸν μὲν, τὸ πάλαι κείμενον ἤ-

---

soni de quinto trimetri pede observatione, quae quamvis bona, tamen neque ab ipso Porsono, neque ab eius sectatoribus penitus perspecta est. Ac de illa quidem re pluribus explicui in Elem. d. metr. p. 113. seqq. Quibus nunc hoc addo, regulam, quam in illa censura proposuit Elmsleius, syllabam finalem, quae sit ante quintam arsin trimetri, brevem esse debere, si pausa aliqua orationis in ea syllaba fiat, plane falsam esse. Immo quo maior ea pausa est, eo facilius produci potest ea syllaba. Id quod et per se apertum est: nam quid aliud pausa quam morari vocem iubet, ut etiam in brevi syllaba plus temporis consumatur? et ex eo intelligitur, quod longa isto loco syllaba tum demum auribus molesta est, quum orationi, quae nulla cum interpellatione decurrere debebat, moram obiicit. Omnino vix ulla observatio tot tantosque errores, quam illa Porsoni procreavit, idque eo, quod syllabas rimari, quam id, cuius caussa inventi sunt numeri, considerare viri docti maluerunt.

V. 509. 510. Hanc sententiam affert Suidas v. τέκεα et τοῖς τεκοῦσι.

V. 511. Carmen hoc antistrophicum esse indicavi lib. III. de metris p. 435. Primos duos versus

δη κακὸν, ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν·
ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί τοῦτο;

ΧΟΡΟΣ. β'.

τᾶς δειλαίας τᾶσδ' ἀπόρου φανείσας
ἀλγηδόνος, ᾇ ξυνέστας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς

---

praeter Suidam v. *δεινόν*, affert Plutarchus Q. Symp. II. 1. p. 630. E. Comparari possunt, quae scholiastes Platonis ad Philebum p. 40. de proverbio *μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον* scripsit.

V. 515. Libri plerique *τᾶς δειλαίας ἀπόρου φανείσας ἀλγηδόνος*. Quidam *τὰς* et *ἀλγηδόνας*. Addidi *τᾶσδ'*, ut metro satis fieret. Parum elegans enim emendatio est, quam fecerunt critici quidam in versu antistrophico, *κακᾷ μ' εὐνᾷ*. Corripitur media in *δειλαίας*: vide ad Antig 1294.

V. 517. Vulgo, *μὴ, πρὸς ξενίας, ἀνοίξῃς τᾶς σᾶς. πέπονθ' ἔργ' ἀναιδῆ*. Scholiastes: *μὴ πρὸς τῆς σῆς ξενίας ἀναπτύξῃς μου τὰ ἀναιδῆ ἔργα. ἢ οὐ μὴ τὰς προξενίας σου ἐπὶ ἔργα ἀναιδῆ καταγάγῃς. οἱονεί, μὴ κατὰ τὴν προξενίαν τὴν σὴν ἔργων γένοιο φαύλων ἀκροατής, ἀναπτύξαι καὶ φανερῶσαι τὰ κατ' ἐμὲ βουληθείς*. Ex hac posteriore adnotatione recte collegit Elmsleius, fuisse qui *προξενίας τὰς σὰς* legerent. Et habet profecto *προξενίας* unus codex, plures autem *τὰς σάς*. E priore explicatione Reisigius iudicavit scholiastam legisse, *μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς τᾶς σᾶς ἃ πέπονθ'*

τᾶς σᾶς. ἃ πέπονθ', ἀναιδῆ.

ΧΟΡΟΣ. γ'.

τό τοι πολὺ καὶ μηδαμὰ λῆγον
χρήζω, ξέν', ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤ μοι.

ΧΟΡΟΣ. δ'.

στέρξον, ἱκετεύω.

ἀναιδῆ, idque in textu posuit. Ita legisse scholiastam, multo ante ego quoque adnotaveram, sed ut aliam, atque interpres ille, verborum constructionem esse censerem. Multo enim fortius est, postrema a prioribus separari: ἃ πέπονθ', ἀναιδῆ scilicet ἐστί. Erfurdtius τᾶς σᾶς deleri, scribique πέπονθα γὰρ ἔργ' ἀναιδῆ volebat: quae non mala emendatio est.

V. 519. Suidas: τῶτοι πολύ. παρὰ τρόπον τοῦτο. οὐ γὰρ τῶτοι, ἀλλ' οὐδέτερον ἄρθρον ἑνικὸν τὸ το. καὶ μηδαμᾶ λῆγον χρήζω ξέν' ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι.

V. 520. Quod ante duodetriginta annos mihi reponendum videbatur, ξεῖν', id gauderem si nec recepisset Reisigius, nec probare videretur Elmsleius. Nam neque opus est hic longa syllaba, et nimis invenustum ac durum illud ξεῖν' ad aures accidit, quam ut id hodie, si legeretur in libris, non damnandum potius, quam nullo inventum in libro reponendum suaderem.

V. 521. Libri ἰώ μοι. Reisigii ᾤ μοι ab illo propius abest, quam quod a me olim propositum est οἴμοι. Elmsleio οἴμοι ubique tragicis restituendum videtur pro ὤμοι, quem ego non imiter.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

φεῦ, φεῦ.

ΧΟΡΟΣ. ἑ.

πείθου· κἀγὼ γὰρ ὅσον σὺ προσχρῄζεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντιστροφὴ ά.

ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤ-
νεγκον, ἄνων μὲν, θεὸς ἴστω,

V. 524. *Κἀγὼ γάρ*, scilicet *πείθομαι*.

V. 526. Valde turbant verba *ἄκων μέν*, quae sic in libris sunt omnibus scripta. Reisigius, cui *ἄκων* genuinum videtur, versum putat Glyconeum hypercatalectum esse, eius generis, opinor, quod ipse invenit. Idem *μὰν* pro *μὲν* scribendum censet, non considerate id, quod rectissime dictum est, cum eo commutans, quod sententiam usque ad perversitatem debilitat. Illud vero recte contendit, ab invito atque inscio flagitia illa debere perpetrata dici. Itaque ad sensum quidem bene conveniret, quod Martinus coniecit, *ἤνεγκ', ἀέκων μέν*, si ferri posset verbum diversis formis iteratum, *ἤνεγκον*, *ἤνεγκα*, quod iure negat Elmsleius. Quod si bis *ἤνεγκον* scripsit Sophocles, ita potius corrigenda essent, quae sequuntur, *ἑκὼν δ' οὔ*. Sed quis id reponere audeat? Ego quod conieceram in Elem. d. m. p. 533. *ἄνων*, i. e. *ἀνύων*, isto quidem modo, quo illic volebam, fateor defendi non posse, non quod alibi Oedipus non dicatur *ἀνύσαι* ista facinora, ut ait Reisigius, sed quia non congruit cum ista sententia asseveratio illa *θεὸς ἴστω*. Omnino de hoc versu iudicari non

τούτων ἐθελητὸν οὐδέν.

ΧΟΡΟΣ. ϛ'.

ἀλλ' ἐς τί;

---

potest, nisi sic, ut simul sequenti versui consulatur, qui in libris omnibus metri lege violata sic scriptus est: *τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν.* Nec metrum tantum, sed etiam sententia laborat. Nam si verba illa sic adiecta sunt, ut *δὲ* respondeat praegresso *μέν*, plane sunt inepta, quia idem eidem opponunt, non secus ac si dicas, *ἄκων μέν, οὐχ ἑκὼν δέ.* Sin ita sunt addita, ut nulla sit inter particulas istas responsio, sed explicentur tantum quae praegressa sunt, sententiam continent valde ieiunam, vel saltem prorsus inutilem: f e c i i s t a, q u a m q u a m i n v i t u s: i l l o r u m a u t e m n i h i l f u i t v o l u n t a r i u m. Iam quum certissimo metri indicio *ἄκων* corruptum sit, *αὐθαίρετον* autem non possit non pro interpretamento haberi alius vocabuli; quumque praeterea et sententiae vitium tolli, et illud dici debeat, quod verbo isto *ἄκων*, si id metro conveniret, recte esset indicatum: non putavi dubitandum esse, quin recepto *ἄνων*, deletoque *δέ*, restitui deberet vocabulum, quod interpretes per *αὐθαίρετον* explicuissent, *ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤνεγκον ἄνων μὲν, θεὸς ἴστω, τούτων ἐθελητὸν οὐδέν.*

V. 528. Scholiastes: *ἀλλ' ἐς τί χωρήσει σοι τὰ πράγματα.* Musgravius, *ἤνεγκας κακότητα* intelligens, vertit, q u a i n r e s c e l e r i s p i a c u l u m s u s t i n u i s t i? Elmsleio *ἦλθες* supplendum videtur. Nihil horum verum esse puto, sed proxime tamen accessit Musgravius. Intelligendum ex praecedentibus tale quid, *ἐς τί δυστυχὴς γέγονας;* q u a m n a m i n p a r t e m m i s e r f u i s t i? i. e. quod dicunt, q u o n a m r e s p e c t u.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κακᾷ μ' ἐν εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν
γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ.

ΧΟΡΟΣ. ϛ'.

ἦ ματρόθεν, ὡς ἀκούω,
δυςώνυμα λέκτρ' ἐπλήσω;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤ μοι, θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν,
ὦ ξεῖν'· αὗται δὲ, δύ' ἐξ ἐμοῦ μὲν

V. 529. Libri κακᾷ μὲν εὐνᾷ, praeter Laur. B, qui μ' pro μέν. Brunckius cum Reiskio μ' ἐν. Reisigius edidit ex coniectura, longam in principio syllabam requiri ratus, κοινᾶς μ' εὐνᾷ, matrem isto κοινᾶς nomine significari volens: quod nisi diserte dixisset, nemo hariolando assequeretur. Ἴδριν certatim viri docti dederunt pro ἴδρις, quod in libris est: iure: nam etsi non falsum est ἴδρις, tamen hic de Oedipo id praedicari debuisse patet.

V. 531. Male Elmsleius ματρόθεν. Gravior est Dorismus, quam qui hic chori orationi conveniat.

V. 532. Pauci codd. ἔπλησαν. Brunckius e Paris. B. ut ait, ἔπλησας. Veterem scripturam ἐπλήσω restituerunt Reisigius et Elmsleius. Huius tamen non probo interpretationem: num matre nefandum torum tuum implesti? Nam μητρόθεν δυςώνυμα coniungenda sunt, ita ut haec verba rei effectae significationem habeant: num torum tibi implesti, ut per matrem nefandus fieret.

V. 534. Libri ἐξ ἐμοῦ, deficiente syllaba. Reisigius φεῦ addidit, quod satis argute defendit.

ΧΟΡΟΣ. ή.

πῶς φής;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

παῖδε, δύο δ' ἄτα

ΧΟΡΟΣ. θ'.

ὦ Ζεῦ,

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ματρὸς κοινᾶς ἀπέβλαστον ὠδῖνος.

ΧΟΡΟΣ. ί.

στροφὴ β'.

αὗται γὰρ ἀπόγονοι τεαί;

Ego *μέν*, quod Elmsleius proposuit, non dubitavi recipere.

V. 535. Vulgo *παῖδες δύο δ' ἄται.* Id Heathius verti iussit, filii vero duo noxae. Quem Elmsleius miratur non vidisse filias *παῖδας*, filios autem *ἄτα* ab Oedipo nominari. Ego utrumque miror. Nihil enim istis interpretationibus fingi invenustius potest. Filiorum nulla hic mentio. Hae, inquit, ex me natae sunt filiae quidem duae, sed duae noxae. Nempe et ipsae labem originis gerunt, et patri, qui genuit, opprobria sunt. Ita haec etiam Brunckium intellexisse puto. *Παῖδε* recte dedit Elmsleius, pariterque, quod nonnulli libri habent, *ἄτα*.

V. 539. Vulgo hi duo versus choro tribuuntur sic scripti: *σαί τ' ἄρ' εἰσ' ἀπόγονοί τε καὶ κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί.* At posteriorem Oedipi esse et antistropha et res ipsa docet; viditque Solgerus. Nam quae Reisigius argute disputavit,

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί.

ΧΟΡΟΣ. ι.

ἰώ.

---

ut ab Oedipi persona aliena esse haec verba ostenderet, ea hoc minus opus est refutari, quod vel illa δύο δ᾽ ἄτα contrarium evincuut. Hac ille tamen in opinione defixus, σαί τἄρ᾽ ἴσ᾽ ἀπόγονοί τε καὶ κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί dedit. Tricliniani libri, αὐτὰρ εἰσίν. Par. B. αὐτ᾽ ἆρ εἰσίν. Vat. αὖτ᾽ ἄρ᾽ εἰσίν. Non est obscurum, si versus qui sequitur Oedipi est, non posse hunc chori versum particulis τε καὶ finiri. Nam et post has particulas interpellari orationem ineptum est atque a consuetudine tragicorum alienum, et sententia a chori ingenio officioque abhorret, quem dolere hic potius Oedipi flagitio, quam exprobrare ei, quod filiae simul sorores eius sint, decet. Haec qui reputaverit, vix poterit dubitare, quin ex Triclinianis libris verae scripturae vestigia colligi debeant: αὖται γὰρ ἀπόγονοι τεαί; At, inquiat aliquis, cur dicat chorus, haecine igitur filiae sunt tuae, quum ei de ea re satis constet? Nempe non illa nescientis, sed stupentis interrogatio est, quae vim habet exclamationis, qua modeste et pudenter illud ipsum continetur, quod in vulgata scriptura, quae etiam sequentem versum choro tribuit, inverecundissime diceretur et stolidissime. Caeterum de chori personarum descriptione vide ad 553.

V. 541. Vulgo: *ΟΙΔ. ἰώ. ΧΟ. ἰὼ δῆτα. ΟΙΔ. μυρίων ἐπιστροφαὶ κακῶν.* In personis libri nonnihil variant. Quomodo distinguendae sint, et res ipsa et antistropha monstrat. Brunckium, qui

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἰὼ δῆτα μυ-
ρίων γ' ἐπιστροφαὶ κακῶν.

ΧΟΡΟΣ. ιά.

ἔπαθες

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔπαθον ἄλαστ' ἔχειν.

ΧΟΡΟΣ. ιβ'.

ἔρεξας

---

primum ἰὼ Oedipo dedit, caetera et verbum ἔπαθες choro, sequuti sunt Reisigius et Elmsleius, nisi quod ἐπιστροφαὶ servantes, ante ἔπαθες cum libris distinxerunt: Brunckius enim sublata interpunctione illa ἐπιστροφὰς dedit. Personarum descriptio illa quam falsa sit, multis demonstrari posset, si opus videretur, caussaeque obscurae essent. Praeterea multi codd. in iisque Laur. A. et secunda ed. Iunt. μυρίων γ' ἐπιστροφαὶ κακῶν. Suidas v. ἐπιστροφῆς, Aristophanem pro Sophocle nominans, affert μυρίαι ἐπιστροφαὶ κακῶν. Caeterum verba non optime numeris versuum aptata videntur. Melior, si quid video, et convenientior cum verbis antistrophicis hic ordo esset: ἰὼ μυρίων γε δῆτ' ἐπιστροφαὶ κακῶν.

V. 543. Male vulgo ἔπαθες et mox ἔρεξας cum signis interrogandi scribebatur: quae quum delevisset Brunckius, restituerunt ea Reisigius atque Elmsleius. At istae non sunt interrogationes, sed exclamationes. Nam quod chorus dicere in mente habet, hoc est: ἔπαθες ἄλαστα, ἔρεξας ἀνόσια.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκ ἔρεξα.

ΧΟΡΟΣ. ιβ'.

τί γάρ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐδεξάμην
δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος
ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

ΧΟΡΟΣ. ιγ'.

ἀντιστροφὴ β'.

δύστανε, τί γάρ; ἔθου φόνον

V. 546. Vulgo *ἐπωφέλησα* pro *ὤφελον* accipiunt, quod nescio quo argumento defendi possit. Itaque ad Vigerum p. 758. dixi haec sic intelligenda esse, *ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥστε μήποτε αὐτῆς ἐξελέσθαι τοῦτο τὸ δῶρον.* Veritatem huius interpretationis agnovit Reisigius: dubitat de ea Elmsleius. Accepi, inquit Oedipus, donum, uxorem dicens, quod ego ut numquam a civitate debuerim accipere, ei profui. i. e. quod ut mihi non umquam daret civitas, merui, quum eam a Sphinge liberavi. *Πόλεος* pro *πόλεως* ex mea correctione Reisigius atque Elmsleius.

V. 547. Edd. vett. *τί γὰρ ἔθου φόνον.* Triclinianae, *τί γάρ; ἔθου φόνον.* Quod recte servarunt novissimi editores. Non enim cur occiderit patrem Oedipus, sed an occiderit, interrogat chorus. *Τί γάρ* refertur ad *δύστανε*, et idem fere est ac si dicas profecto. Vide ad Viger. p. 729.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί τοῦτο; τί δ' ἐθέλεις μαθεῖν;

ΧΟΡΟΣ. ιγ'.

πατρός;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

παπαῖ, δευτέραν
ἔπαισας ἐπὶ νόσῳ νόσον.

ΧΟΡΟΣ. ιδ'.

ἔκανες

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔκανον. ἔχει δέ μοι

ΧΟΡΟΣ. ιέ.

τί τοῦτο;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρὸς δίκας τι.

ΧΟΡΟΣ. ιέ.

τί γάρ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐγὼ φράσω.
καὶ γὰρ ἄλους ἐφόνευσα καὶ ὤλεσα·

V. 551. Quod dicit, ἔχει δέ μοι πρὸς δίκας τι, sic est intelligendum: habet ea res mihi aliquid veniae a facti iustitia.

V. 553. Libri veteres: καὶ γὰρ ἄλλους ἐφόνευσα καὶ ἀπώλεσα. Tricliniani κἀπώλεσα. Ad ἄλλους

νόμῳ δὲ καθαρὸς, ἄϊδρις εἰς τόδ' ἦλθον.

---

in cod. Vat. supra scriptum ως. Brunckius ex Tyrwhitti coniectura, repugnante metro, edidit, καὶ γὰρ ἀγνὼς ἐφόνευσα κἀπώλεσα. Quod Porsonus apud Kiddium p. 217. coniecisse dicitur ἄνους, Elmsleii approbationem tulisse, etiam atque etiam miror. Ἁλούς, in quod ego quondam incideram, recepit Reisigius, sed ut, in argutias propter verba ἐφόνευσα καὶ ἀπώλεσα delapsus, scriberet, καὶ γὰρ ἁλοὺς γε φονεῦσιν ἀπώλεσα. Et quamquam ille acute contendit, eo se purgare Oedipum, quod lacessitus imminentem sibi caedem caede amoverit, in quam rem apte confert v. 996. seqq. tamen duplici vitio laborat ista oratio, uno, quod particulae γὲ non est in definiendo locus; altero, quod sententia ambigua et incommode expressa est: nam illud est vel captus, vel deprehensus ab occisoribus. Quanto planius dixisset, καὶ γὰρ ὑφ' ὧν ἐφονευόμεθ', ὤλεσα, vel καὶ γὰρ ἅμ' ὠλεκόμαν καὶ ἀπώλεσα, vel καὶ γὰρ ἀμυνόμενος φόνον ὤλεσα, vel καὶ γὰρ ἐμοὺς ὀλετῆρας ἀπώλεσα, ne plura afferam. Sed verum vidisse nuper Doederlinum arbitror, ἁλοὺς significare convictum, ut potuerit etiam ἑάλων φονεύσας dici, et καὶ γὰρ non ad proxime sequentia verba, sed ad ea, in quibus vis argumenti posita est, νόμῳ καθαρός, ἄϊδρις εἰς τόδ' ἦλθον referri, hoc sensu: καὶ γὰρ, εἰ καὶ ἁλοὺς ἀπώλεσα, ὅμως νόμῳ καθαρὸς καὶ ἄϊδρις ἀπώλεσα. Quin ne opus quidem ita conformari sententiam. Plana est enim, si modo μὲν post ἁλοὺς mente addas. Reliquum est, ut de personis chori dicatur, quas hic singulas separatim, choro κατὰ ζυγὰ disposito, canere, in praefatione ad Eurip. Herc. fur. p. XXII. monui. Carminis huius ea ratio est, ut in prima stropha chori verbis opposita sint verba Oedipi, Oedipi verbis verba chori; in secunda autem stro-

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμὶν Αἰγέως γόνος
Θησεύς, κατ' ὀμφὴν σὴν ὃς ἐστάλη, πάρα.

---

pha atque antistropha sibi ipsis et Oedipus et chorus respondeant. Vnde quum prima stropha cum sua antistropha novem chori personarum dicta contineat, in posterioribus duabus strophis sex reliquae chori personae partes suas agunt, tres in stropha, totidemque in antistropha. Ex quo facile stationes personarum hae colliguntur:

β'.	α'.	γ'.
δ'.	ς'.	ε'.
η'.	ζ'.	θ'.
ια'.	ι'.	ιβ'.
ιδ'.	ιγ'.	ιε'.

V. 556. Brunckius, qui glossam affert, *κατὰ σὴν προαγόρευσιν*, tamen verba *κατ' ὀμφὴν σὴν ἀποσταλεὶς* male interpretatur, fama tua accitus. Neque aliter Reisigius. At non rumorem de Oedipi adventu eo verbo designat chorus, sed arcana illa, quae ille soli se regi indicaturum supra v. 288. seqq. significaverat. Ad haec igitur cognoscenda venisse Theseum dicit, usitata potestate particulae *κατά*. Caeterum inde a Turnebo editum *κατ' ὀμφὴν σὴν ἀποσταλεὶς πάρα*, quae scriptura nescio an ab ipso profecta sit Turnebo. Nam in antiquioribus edd. et omnibus libris MSS. legitur *ἀπεστάλη*. Quin in codice Par. T. etiam explicationis caussa *γὰρ* supra scriptum est. In cod. Par. F. totus versus deest. Reisigius quidem, qui illud *ἀπεστάλη* explicationem verborum *ἀποσταλεὶς πάρα* esse putat, mea sententia non satis diligenter functus est officio critici. Nam nec verbis explanatione nulla indigentibus explicationem adscriptam esse, veri simile est, et explicatio ipsa vitiosa est, quia non

ΘΗΣΕΥΣ.

πολλῶν ἀκούων ἔν τε τῷ πάρος χρόνῳ
τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθοράς,
ἔγνωκά σ', ὦ παῖ Λαΐου· τανῦν θ' ὁδοῖς
ἐν ταῖσδ' ἀκούων, μᾶλλον ἐξεπίσταμαι.
σκευή τε γάρ σε καὶ τὸ δύστηνον κάρα
δηλοῦτον ἡμῖν ὄνθ' ὃς εἶ, καί σ' οἰκτίσας
θέλω 'περέσθαι, δύσμορ' Οἰδίπους, τίνα
πόλεως ἐπέστης προστροπὴν ἐμοῦ τ' ἔχων,
αὐτός τε, χἡ σὴ δύσμορος παραστάτις.
δίδασκε· δεινὴν γάρ τιν' ἂν πρᾶξιν τύχοις
λέξας, ὁποίας ἐξαφισταίμην ἐγώ·

ἀπεστάλη, sed *ἀπέσταλται* dici debuisset. Apud me codicum veterumque librorum ea auctoritas est, ut ei Turnebi scripturam, quamvis bonam, non putem praeferandam esse. Sed quum etiam illa vetus scriptura aliquid vitii habeat, credo ego praepositionem verbo illi male esse additam, poetam autem dedisse *κατ' ὀμφὴν σὴν ὃς ἐστάλη.* Vt in Electra v. 404. *χωρήσομαί γ' ἄρ' οἷπερ ἐστάλην ὁδοῦ.* Id ergo reposui.

V. 563. Quum vulgo ex libris Triclinianis ederetur *θέλω σ' ἐρέσθαι*, veteres autem *θέλω τι ἔρεσθαι* haberent, bene animadvertit Reisigius, genuinam scripturam esse *θέλω 'περέσθαι.* Est autem *ἐρέσθαι* verbum *ἀνθυπότακτον*, i. e. praesente carens: ex quo intelligitur male in veteribus libris *ἔρεσθαι* scribi. Eadem eius compositorum ratio est. *Οἰδίπους* pro librorum scriptura *Οἰδίπου* Elmsleius et Reisigius, quia ter tantum *Οἰδίπου* apud Sophoclem inveniatur, duodecies autem pro vocativo sit *Οἰδίπους*. Vide ad Oed. R. 406.

ὡς οἶδα γ' αὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος,
ὥςπερ σύ, χὤς τις πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξένης
ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τῷ 'μῷ κάρᾳ·
ὥςτε ξένον γ' ἂν οὐδὲν ὄνθ', ὥςπερ σὺ νῦν,

V. 568. In antiquis edd. quas Brunckius sequutus est, post αὐτὸς incidebatur, quod vehementer improbat Reisigius, cui cum Vauvillersio ante eam vocem interpungi placet. Sic etiam Elmsleius. Ego cum caeteris edd. sustuli interpunctionem, non quo dubitem, utra vera sit ratio, sed quia nihil opus est interpunctione. Etenim mihi quidem αὐτὸς cum οἶδα videtur coniungendum esse, quia se ipsum expertum esse dicit Theseus, quae esset hospitis sedem nullam habentis conditio. Quod si cum verbo ἐπαιδεύθην construendum esset illud αὐτός, valde inutile esset istud ὡς οἶδά γε· satius enim fuisset sic dici: αὐτὸς γὰρ ἐπαιδεύθην ξένος. Neque Doederlinum notare Reisigius debebat, quod ὡς οἶδα καὐτὸς coniici posse dixerit: quod in libris si legeretur, nihil esset profecto cur quis repudiari vellet.

V. 569. Veteres libri χ' ὥς τις. Brunckius cum Triclinianis χὥςτις. Elmsleius ex Vauvillersii coniectura χὤτι. Recte Reisigius antiquam scripturam restituit. Constructio est: ὡς οἶδά γ' αὐτός, ὡς ξένος, ὥςπερ σύ, ἐπαιδεύθην, καὶ ἤθλησα κινδυνεύματα ὥς τις πλεῖστα ἀνὴρ ἀθλήσας.

V. 570. Aut neglexerunt novissimi editores, aut, ut par erat, contempserunt mirum Valckenarii commentum ad fragmenta Callimachi p. 130. κάρα sine littera subscripta exarari volentis.

V. 571. Ex Vauvillersii coniectura γ' ἂν a Brunckio aliisque receptum. Libri omnes γάρ, quod membranae Brunckii a secunda manu habent pro γε, quod antea scriptum erat. Deinde plerique codd. οὐδὲν ὄνθ'. Iunt. secunda, οὐδέν. ὄνθ'.

ὑπεκτραποίμην μὴ οὐ συνεκσώζειν· ἐπεὶ

Codd. Par. A. Ricc. A. et reliquae edd. *οὐδέν᾽ ὄνθ᾽*, quod servarunt novissimi editores. Tum Laur. A. aliique codd. et edd. Iuntina secunda ac Triclinianae *συνεκσώζειν σ᾽*. Vat. *συνεκσώσειν σ᾽*. Pronomen deleverunt recentiores auctoritate edd. veterum, quibus tres libri MSS. accedunt. Constructionem verborum hanc esse volunt: *ὥστε οὐδένα ἄν, ξένον ὄντα, ὥσπερ σὺ νῦν, ὑπεκτραποίμην μὴ οὐ συνεκσώζειν.* At haec etsi non admodum implicita, tamen valde inepta est verborum collocatio, quia nemo, qui haec vel legat vel audiat, non coniungat *ξένον οὐδένα*, non exspectans participium *ὄντα*, quod sit cum nomine *ξένον* construendum. Neque vero ita apte construas, *ξένον οὐδένα, ὄντα ὥσπερ σὺ νῦν.* Id enim si voluisset poeta, scripsisset, *ὥστε ξένον γ᾽ ἂν οὐδέν᾽, οἷόσπερ σὺ νῦν.* Accedit, quod quum res ipsa, tum quae statim sequuntur verba suadent, non hospitem tantum, sed hospitem miseriis afflictum hic Theseo commemorandum fuisse: ut verissima videri debeat plerorumque librorum scriptura *οὐδὲν ὄντα.* Eam ergo recepi. At, inquiat aliquis, ita negatio deest, quam verbum *ὑπεκτραποίμην* requirit. Vero deest, sed recte. Nam praegressa negatione *ὥστε* interdum ita usurpatur, ut quae ex ea particula pendent verba, ad latentem in praegressis sententiam affirmativam referantur. Ac plerumque infinitivum habet *ὥστε*, sed nihil impedit, quin etiam alii verborum modi ita construantur. Exemplo utar illo in Antigona v. 1250. *γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος, ὥσθ᾽ ἁμαρτάνειν.* Alia vide ad Viger. p. 949. Apertum est, *ὥσθ᾽ ἁμαρτάνειν* ad solum nomen *ἄπειρος* referri, ut quis dicatur *ἄπειρος ὥσθ᾽ ἁμαρτάνειν.* His praefixa negatio, simul ad utramque partem sententiae refertur. Illud igitur quum etiam sic dici

ἔξοιδ᾽ ἀνὴρ ὤν, χὤτι τῆς ἐς αὔριον
οὐδὲν πλέον μοι σοῦ μέτεστιν ἡμέρας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Θησεῦ, τὸ σὸν γενναῖον ἐν σμικρῷ λόγῳ
παρῆκεν ὥστε βραχέα μοι δεῖσθαι φράσαι.

---

potuerit, *ἄπειρος, ὥστε ἁμαρτάνοι ἄν*, patet, negatione addita recte dici *οὐκ ἄπειρος ὥστε ἁμαρτάνοι ἄν.* Vtrumque vero etiam geminata negatione, divisa in duas partes sententia, dici potest, *οὐκ ἄπειρος, ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν*, et *οὐκ ἄπειρος, ὥστε οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι.* Vt paucis complectar, *ὥστε* ubique refertur ad aliquid, quod affirmatum est. Nunc aut affirmatur sententia negativa: ibi addenda ad *ὥστε* negatio est: *ἔστιν οὐκ ἄπειρος, ὥστε οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι.* Aut negatur sententia affirmativa: ibi caret *ὥστε* negatione: *ἄπειρος, ὥστε ἁμαρτάνοι ἄν, οὐκ ἔστι.* Et in Oedipi quidem loco sententia, ex qua pendet *ὥστε*, illa est: *δεινὴν γάρ τιν᾽ ἂν πρᾶξιν λέγοις, ὁποίας ἐξαφισταίμην ἐγώ.* Nam affirmationi negationis, *οὐκ ἂν ἐξαφισταίμην*, subiici debebat, *ὥστε οὐκ ἂν ὑπεκτραποίμην·* affirmationi autem soli, *ὥστε* sine negatione, ut si dicas: *ἐξαφισταίμην ἄν, ὥστε ὑπεκτραποίμην ἄν, οὔ·* refugere, ut declinem hospitem miserum, id nolim.

V. 573. *Ἀνήρ*, homo. Vide ad Viger. n. 66.

V. 576. Nec scholiastae, nec recentiores interpretes attigerunt verbum *παρῆκεν.* Vertunt ostensa est, vel, ut Brunckius, emicuit. Debuissent potius, in conspectum prodiit. Vide ad Aiac. 728. Sed verum vidisse puto Doederlinum, esse hoc verbum a *παρίημι* deductum: unde in El. 1482. *ἀλλά μοι πάρες κἂν σμικρὸν εἰπεῖν·* qui simul monet, *ὥστε* additum esse ut ad *πείθειν* in Philoct. 901. de quo usu dictum ad Viger.

σὺ γάρ μ' ὃς εἰμί, κἀφ' ὅτου πατρὸς γεγώς,
καὶ γῆς ὁποίας ἦλθον, εἰρηκὼς κυρεῖς·
ὥστ' ἔστι μοι τὸ λοιπὸν οὐδὲν ἄλλο, πλὴν
εἰπεῖν ἃ χρήζω, χὠ λόγος διοίχεται.

---

p. 949. Sensus est ergo: tua humanitas paucis verbis permisit, ut mea res brevi oratione indigeat. In iis quae sequuntur, libri *βραχέ' ἐμοὶ* habent, quod revocarunt Reisigius et Elmsleius, quum Brunckius hiatu illo quem dicit offensus, *βραχέα μοι* dedisset. Hunc quidem exemplis refutavit Elmsleius, qui Reisigii sententiam, *ἐμοὶ* esse *ὑπὲρ ἐμοῦ*, non valde se probare ait. Iure: sed quod ipse putat, *δεῖσθαι* pro *δεῖ* dictum esse, ut *χρῆσθαι* Suida teste pro *χρή*, id nec per se fieri potest, neque a Suidae auctoritate quidquam praesidii habet, si de huius loco recte disputavi ad v. 505. Nihil difficultatis est in verbis poetae, modo recte cónstruantur, *ὥστε δεῖσθαι ἐμοὶ βραχέα φράσαι*: ita ut pauca mihi opus sit dicere. Quod potuit etiam sic dici, sed molestius, *ὥστε ἐμὲ βραχέων δεῖσθαι, φράσαι.* Simillime Pausanias, rariora consectari solitus, IV. 29, 1. *ἐδεῖτο γάρ οἱ πάντως γενέσθαι χρήματα.* Scilicet *δεῖταί μοι* sic dicitur, ut aliquid supplendum sit, veluti *τὰ πράγματα*: res mihi indiget pauca dicere.

V. 577. Edd. vett. et aliquot codd. *κἀπό του.* Alii MSS. et edd. Tricl. *κἀφ' ὅτου*, quod revocarunt Reisigius atque Elmsleius, quum Brunckius ex coniectura dedisset *κἀξ ὅτου.*

V. 580. Libri Tricliniani *διέρχεται.* Antiqui *διοίχεται.* Hos sequuti Reisigius et Elmsleius. Hoc dicit: finita erit oratio mea, i. e. nihil reliquum erit quod addam. Vide adnotationem meam ad Eurip. Suppl. 546.

ΘΗΣΕΥΣ.

τοῦτ' αὐτὸ νῦν δίδασχ', ὅπως ἂν ἐκμάθω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δώσων ἱκάνω τοὐμὸν ἄθλιον δέμας
σοὶ δῶρον, οὐ σπουδαῖον εἰς ὄψιν· τὰ δὲ
κέρδη παρ' αὐτοῦ κρείσσον', ἢ μορφὴ καλή.

ΘΗΣΕΥΣ.

ποῖον δὲ κέρδος ἀξιοῖς ἥκειν φέρων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

χρόνῳ μάθοις ἄν, οὐχὶ τῷ παρόντι που.

ΘΗΣΕΥΣ.

ποίῳ γὰρ ἡ σὴ προςφορὰ δηλώσεται;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅταν θάνω 'γώ, καὶ σύ μου ταφεὺς γένῃ.

V. 584. Recte monet Doederlinus, sensum esse, *τὰ κέρδη παρ' αὐτοῦ μᾶλλον ἀγαθά ἐστιν, ἢ καλὴ ἡ μορφή.*

V. 586. Schaeferus coniiciebat *πω* pro *που*. Sed apte comparavit Reisigius v. 1549. Br. *πρόσθε πού ποτ' ἦσθ' ἐμόν.* Neque enim affirmat Oedipus, olim Theseum, non nunc, cogniturum esse, quid illud lucri sit, sed dubitat, praesentine tempore, an non statim id sit eventurum.

V. 587. Affert hunc versum Suidas v. *προςφορά*, quod, ut scholiastes, *προςθήκη*, *πρόςδοσις* interpretatur.

ΘΗΣΕΥΣ.

τὰ λοίσθι' αἰτεῖ τοῦ βίου· τὰ δ' ἐν μέσῳ
ἢ λῆστιν ἴσχεις, ἢ δι' οὐδενὸς ποιεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐνταῦθα γάρ μοι κεῖνα συγκομίζεται.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἀλλ' ἐν βραχεῖ δὴ τήνδε μ' ἐξαιτεῖ χάριν.

V. 589. Vulgo, τὰ λοίσθι' αἰτῇ. Apud Suidam v. λῆστις, τὰ λοίσθι' αὐτοῦ, sed cod. Leid. αὐτῇ. Alia in Laur. A. adnotata scriptura, τὰ λοῖσθ' ἄρ' αἰτῇ, corrupte in aliis codd. τὰ λοίσθι' ἄρ' αἰτῇ scripta, commendata a Doederlino in Act. Mon. et Elmsleio ad Med. 481. restituta ab Reisigio. Ego hanc scripturam metricis deberi puto. Nec satis apta, neque usitata est in huiusmodi responso particula ἄρα. Quamquam quum cod. Laur. A. τὰ λοίσθι' αἰτῇ, et Par. A. τὰ λοῖσθ' αἰτῇ habeant, qui sunt optimi codices, dubitari potest an scribendum sit τὸ λοῖσθον αἰτεῖ.

V. 590. Libri Tricliniani λῆσιν. λῆστιν ἴσχεις constructum ut ἐπιλέλησαι, cuius vice ista formula fungitur. Recte Schaeferus comparat v. 223. δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ. Illud, δι' οὐδενὸς ποιεῖσθαι ex Sophocle adnotatum in Bekkeri Anecd. p. 35, 3.

V. 592. Vat. ἀλλ' ἐν βραχεῖ τήνδε μ' ἐξαίτει χάριν. Sic etiam Ven. nisi quod ex eo nihil de omisso δὴ adnotatum. Si sincera est vulgata, sensus est: at in re levi positum a me petis hoc beneficium. Non absurde tamen suspiceris, olim scriptum fuisse, ἀλλ' οὖν βραχεῖαν τήνδε μ' ἐξαιτεῖ χάριν. Scholiastes: βραχὺ δῶρόν με αἰτεῖς, τὸ ἐν Ἀθήναις θάψαι σε. Vide ad v. 295.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅρα γε μήν· οὐ σμικρός, οὔκ, ἀγὼν ὅδε.

ΘΗΣΕΥΣ.

πότερα τὰ τῶν σῶν ἐκγόνων, ἢ 'μοῦ λέγεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με.

V. 593. Quum magna hic sit scripturae fluctuatio, aliis libris *οὐ σμικρὸς οὐκ*, aliis *οὐ σμικρός ἐστ'*, aliis *ὡς σμικρὸς οὐκ*, aliis *οὐ σμικρὸς οὖν* exhibentibus, permirum est, ab Elmsleio illud, quod postremum posui, receptum esse. Nihil magis alienum, quam particula *οὖν*. Scripturam eam, quae haud dubie vera est, probarunt Brunckius et Reisigius. Apte comparaverat Heathius Ai. 970. *θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ.* Construe autem *ἀγὼν* cum *οὐ σμικρός*, non cum *ὅδε*. Nam hoc dicit, *οὐ σμικρὸς ἀγών ἐστιν ὅδε*, scilicet *ὁ ἀγών*. Aliter enim *οὐ σμικρός, οὔχ, ἁ'γὼν ὅδε* scriptum oportuisset.

V. 594. Libri Tricliniani, *πότερα δὲ τῶν σῶν.* Antiqui, *πότερα τὰ τῶν σῶν.* Sensum ita explicat Reisigius: num liberorum tuorum caussam agendam dicis, an meam? At qui potest Theseus suspicari, pro liberis Oedipi sibi fore pugnandum, ac non potius contra eos, ut a quibus illum patria pulsum sciat? Immo ad solum *ἐμοῦ* videtur nomen *ἀγών*, quo periculum adsignificatur, intelligendum esse, ut sensus sit: utrumne quae ad filios tuos attinent, an meum quoddam periculum dicis? Interrogat enim, utrum quod ille dicat periculum in iis, quae filii Oedipi sint suscepturi, an in malo aliquo, quod sibi immineat, positum sit.

V. 595. Ex paucis neque iis optimis codd. Reisi-

ΘΗΣΕΥΣ.

ἀλλ' εἰ θέλοντάς γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.

---

gius et Elmsleius *ἀναγκάσουσι. Κομίζειν* quum interpretes passive pro *κομίζεσθαι* dictum putarent, quorum sententiam etiam Seidlerus ad Eur. El. 1262. sequutus est, qui tamen *ἀναγκάζουσι* defendit, recte eam interpretationem reiecit Reisigius. Sed quem ipse putat horum verborum sensum esse, illi me cogent usque eo ut me illuc reducant, is nullis extundi machinis potest. Elmsleio *σὲ* supplendum videtur. *Ἀναγκάζουσι* non erat sollicitandum. Praesenti recte usus est, qui non quid illi post aliquando, sed nunc agant, dicere velit. Eo enim fine venerat Ismene, ut quae illi de reducendo Oedipo molirentur nunciaret: vide v. 397. seqq. Quod si addit poeta huic verbo infinitivum *κομίζειν*, non Theseum, sed universe eos intelligit, qui tradendi Oedipi potestatem habeant. Eo factum ut accusativum omittere potuerit. Itaque sensus est: illi me reducere illuc iubent. Quod Latinis usitatius est per infinitivum passivi exprimi.

V. 596. Libri veteres, *ἀλλ' εἰ θέλοντ' ἄν γ'*. Edd. Triclinianae, *ἀλλ' εἰ θέλοιεν.* Pauci codd. *ἀλλ' εἰ θέλοιντ' ἄν.* Vat. et Ven. *ἀλλ' εἰ θέλοιεν ἄν.* Laur. B. *ἀλλ' εἰ θέλοντά γ'.* Erfurdtius coniecerat, *ἀλλ' εἰ 'θελονταί γ'*, approbante Seidlero de verss. dochm. p. 12. improbante Reisigio in Syntagm. p. 23. Ipse Reisigius *ἀλλ' εἰ θέλοντάς γ'* edidit, quod quum sic explicat, *εἰ θέλοντάς γέ σε κομίζειν φεύγεις, οὐδὲ φεύγειν σοι καλόν*, vereor ut id quisquam Athenis intellecturus fuisset. Accedit quod ita *οὔ*, non *οὐδὲ* dici debuit. Elmsleius, non dubitans quin sensus sit, *ἀλλ' ἐθέλω κομίζειν σε ἐκεῖσε*, scripturam Laur. B. *ἀλλ' εἰ θέλοντά γ'* admisit, comparans hoc Aeschyli in

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' οὐδ', ὅτ' αὐτὸς ἤθελον, παρίεσαν.

ΘΗΣΕΥΣ.

ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅταν μάθης μου, νουθέτει· τανῦν δ' ἔα.

Suppl. 519. *ΒΑ.* οὔτοι πτερωτῶν ἁρπαγαῖς ἐκδώσομεν. *ΧΟ.* ἀλλ' εἰ δρακόντων δυςφρόνων ἐχθίοσιν· et Eurip. Iph. T. 927. ἔα τὰ μητρός. οὐδὲ σοὶ κλύειν καλόν. At falsam esse hanc interpretationem, responsio Oedipi docet, quae verbum illud θέλειν de Thebanis intelligendum esse arguit. Reisigius sola interpunctione a vero abfuit. Debebat enim, ut in veteribus libris factum, nulla cum incisione omnia continuare: quid autem si, quum te volunt recipere, ne tibi quidem decorum est exsulem esse. Necessario hic εἰ οὐδὲ dicendum erat, nec poterat εἰ μηδὲ dici. Vide quae adnotavi ad Eurip. Med. 87. Caeterum non repugnem, si quis ἀλλ' εἰ θελόντων γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλὸν scribendum putet. Facilior tamen et veri similior est accusativi restitutio.

V. 598. Affert hunc versum Stobaeus Serm. XX. 27. apud quem et δ' omissum, ut in Laur. B. et scriptum σύμφορος. Ac δ' eiecit Brunckius: restituerunt, Doederlino monente, Reisigius atque Elmsleius, allato Erfurdtio ad Oed. R. 380. ed. min. Confer El. 934. Scilicet ita hoc explicandum est: vera dicis, sed ira in malis nihil prodest.

V. 599. Laur. B. ὅταν μάθης με νουθέτει, quod minime damnem. Vide ad Vigerum p. 893. seq.

ΘΗΣΕΥΣ.

δίδασκ'. ἄνευ γνώμης γὰρ οὔ με χρὴ λέγειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πέπονθα, Θησεῦ, δεινὰ πρὸς κακοῖς κακά.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἦ τὴν παλαιὰν ξυμφορὰν γένους ἐρεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐ δῆτ'· ἐπεὶ πᾶς τοῦτό γ' Ἑλλήνων θροεῖ.

ΘΗΣΕΥΣ.

τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὕτως ἔχει μοι. γῆς ἐμῆς ἀπηλάθην
πρὸς τῶν ἐμαυτοῦ σπερμάτων· ἔστιν δέ μοι
πάλιν κατελθεῖν μήποθ', ὡς πατροκτόνῳ.

ΘΗΣΕΥΣ.

πῶς δῆτά σ' ἂν πεμψαίαθ', ὥστ' οἰκεῖν δίχα

V. 604. Vat. et Ven. ἢ ὐ, i. e. ἢ οὐ. At id sic demum ferri posset, si nihil gravius, quam qualia evenire hominibus mala credibile sit, passus diceretur Oedipus. Vide ad Vigerum p. 801. At non hoc dicit Theseus, sed quid ille tam grave, quod aliis non accidat, expersus sit cupit cognoscere.

V. 608. *Πεμψαίατο*, arcessant. Miratur Theseus, quomodo revocent Oedipum Thebani ita, ut ille tamen propter parricidium non ingrediatur fines eorum.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τὸ θεῖον αὐτοὺς ἐξαναγκάζει στόμα.

ΘΗΣΕΥΣ.

ποῖον πάθος δείσαντας ἐκ χρηστηρίων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅτι σφ᾽ ἀνάγκη τῇδε πληγῆναι χθονί.

ΘΗΣΕΥΣ.

καὶ πῶς γένοιτ᾽ ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατ᾽ Αἰγέως παῖ, μόνοις οὐ γίγνεται
θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ κατθανεῖν ποτέ·
τὰ δ᾽ ἄλλα συγχεῖ πάνθ᾽ ὁ παγκρατὴς χρόνος.
φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος·
θνήσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ᾽ ἀπιστία.
καὶ πνεῦμα ταὐτὸν οὔ ποτ᾽ οὔτ᾽ ἐν ἀνδράσιν
φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει.
τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ᾽ ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ
τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται, καὖθις φίλα.
καὶ ταῖσι Θήβαις εἰ τανῦν εὐημερεῖ

V. 610. Male codd, nonnulli *δείσαντες*.

V. 614. Apud Philostratum p. 353. legitur *μόνοισιν οὐ*, et, quod Brunckius recepit, *οὐδὲ μὴν θανεῖν ποτέ·* in quo Reisigio iudice non *μήν*, sed *τοὶ* scribendum fuit. At recte dictum, quod est apud Philostratum; perperam autem diceretur *οὐδέ τοι*. Sed Sophoclis libri omnes *οὐδὲ κατθανεῖν*, eosque sequuti sunt Reisigius et Elmsleius. In nonnullis libris male *θεοῖς τὸ γῆρας* scriptum.

καλῶς τὸ πρὸς σέ, μυρίας ὁ μυρίος
χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τ' ἰών,
ἐν αἷς τὰ νῦν ξύμφωνα δεξιώματα
δόρει διασκεδῶσιν ἐκ σμικροῦ λόγου·

V. 623. Libri *καλῶς τε πρὸς σέ*, quod tuentem Reisigium non satis intelligo. Concinnius ille tamen esse putat, *εἰ τὰ νῦν εὐήμερα καλῶς τε πρὸς σέ*. At sic quoque aliquid perversi habet sententia. Non enim Thebis ipsis bene an male sit, quaeritur, sed quae iis intercedat cum Atheniensibus necessitudo. In *καλῶς* certe cum *εὐημερεῖ* iuncto, quod ei simile videtur, ut si quis *καλῶς εὖ* vel *εὖ καλῶς* dicat, non erat quod haereret. Nam *εὐημερεῖν* nihil est aliud quam tranquillum esse. Editor Londinensis, Musgravius, Brunckius, Schaeferus, Elmsleius, *καλῶς τὰ πρὸς σέ*. Nec dubitassem id recipere, nisi et facilius in *τὸ* mutari *τε* putassem, et aptius id visum esset propter praegressum *τανῦν*.

V. 626. Libri veteres *δορί*, sine praepositione; Tricliniani *ἐν δορί*. Ex mea emendatione Reisigius, *δόρει*. Elmsleio haec an Triclinii correctio melior sit, non liquet. Numeri *δόρει* commendant, de qua forma dixi in Erfurdtii ed. mai. Aiacis ad v. 1109. p. 628. Sophoclem ea usum his verbis testatur Choeroboscus ad Theodosium in indice ad Bekkeri Anecd. p. 1364. *τὸ σὺν δόρει καὶ σὺν ἀσπίδι, ὅπερ Ἀριστοφάνης παρεμφαίνει ἐν Εἰρήνῃ ἐν μώμῳ Σοφοκλέους προκείμενον, ὡς ἀπὸ τοῦ δόρος ἐστίν. Λόγου* quum in quibusdam libris in *χρόνου* corruptum esset, in aliis correctum *ἐκ μακροῦ χρόνου*, id ut ad *ξύμφωνα* referretur. Sed praestare *ἐκ σμικροῦ λόγου*, levi praetextu, ut Lobeckius ad Ai. 1255. interpretatur, nemo non videt.

ἵν' οὑμὸς εὕδων καὶ κεκρυμμένος νέκυς
ψυχρός ποτ' αὐτῶν θερμὸν αἷμα πίεται,
εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεύς, χὠ Διὸς Φοῖβος σαφής.
ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ' ἔπη,
ἔα μ' ἐν οἷσιν ἠρξάμην, τὸ σὸν μόνον
πιστὸν φυλάσσων· κοὔ ποτ' Οἰδίπουν ἐρεῖς
ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων
τῶν ἐνθάδ', εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με.

ΧΟΡΟΣ.

ἄναξ, πάλαι καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτ' ἔπη
γῇ τῇδ' ὅδ' ἁνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο.

ΘΗΣΕΥΣ.

τίς δῆτ' ἂν ἀνδρὸς εὐμένειαν ἐκβάλοι
τοιοῦδ', ὅτῳ πρῶτον μὲν ἡ δορύξενος

V. 627. Ἵνα esse ubi, quo loco, iam Heathius monuerat. Permirum est, Schaefero eam particulam hic manifesto χρονικὴν visam esse. Illo in loco, ubi sepultus esset Oedipus, cladem accepturi erant Thebani. Vide v. 412.

V. 629. Affert hunc versum Suidas v. σαφής.

V. 638. Apud Suidam, qui v. δορύξενος verba ἀνδρὸς τοιοῦδ' usque ad ἑστία affert, legitur ὅτῳ in cod. Collegii Corp. Christi et edd. vett.. Kusterus ὅτου dedit. Elmsleius si vere dixit, in ed. Basileensi scriptum esse ὅτου et κοινή τ' ἄρ', inter se discrepare exempla illius editionis necesse est. Nam in eo certe, quod ego possideo, exemplari et ὅτῳ et κοινὴ παρ' invenitur. Nec Porti editio illas quas Elmsleius dicit scrtpturas habet, sed errore typothetae exhibet illa ὅτα. Codex Venetus ὅτου, ut caeteri Sophoclis libri omnes, sed κοινῇ τ' ἄρ'. Tricliniani κοινή τ' ἄρ'. Ὅτου an

κοινὴ παρ' ἡμῖν αἰέν ἐστιν ἑστία;
ἔπειτα δ' ἱκέτης δαιμόνων ἀφιγμένος
γῇ τῇδε κἀμοὶ δασμὸν οὐ σμικρὸν τίνει.
ἁγὼ σεβισθείς, οὔ ποτ' ἐκβαλῶ χάριν
τὴν τοῦδε, χώρᾳ δ' ἔμπαλιν κατοικιῶ.
εἰ δ' ἐνθάδ' ἡδὺ τῷ ξένῳ μίμνειν, σέ νιν
τάξω φυλάσσειν· εἰ δ' ἐμοῦ στείχειν μέτα

ὅτῳ legatur etsi parum referat, tamen dativus praestare videtur Elmsleio. Cui assentior. Reisigium enim, qui cum Doederlino *ὅτου* praeferens, constructionem hanc esse putat, *ὅτου ἡ δορύξενος ἑστία κοινὴ παρ' ἡμῖν ἐστίν*, idque interpretatur *ὥςτε κοινῶς παρὰ πᾶσιν ἡμῖν*, sensum intulisse verbis arbitror, de quo non cogitavit Sophocles. Is nihil, opinor, aliud dicere voluit, quam semper apud se paratum esse Oedipo hospitium pro mutua quadam vel inter ipsos vel inter maiores eorum necessitudine.

V. 642. Male libri Tricliniani *σεβασθείς*.

V. 643. Musgravii coniecturam *ἔμπολιν* recepit Bothius, probat Reisigius, *ἔμπαλιν* non e contrario, sed rursum interpretandum contendens. Iure vero Elmsleius praestare putat *ἔμπαλιν*. Id vero omnino est e contrario: vide, quem Doederlinus commemoravit, Valckenarium ad Eurip. Hipp. 388.

V. 645. Aliquot codd. ita haec scripta habent distinctaque: *εἰ δ' ἐνθάδ' ἡδὺ τῷ ξένῳ μίμνειν, σέ νιν τάξω φυλάσσειν, εἴτ' ἐμοῦ στείχειν μέτα. τὸ δ' ἡδὺ τούτων, Οἰδίπους, δίδωμί σοι κρίναντι χρῆσθαι.* Quidam etiam *τὸν ξένον.* Recte vulgo, ac bene monuit Reisigius, apodosin post *ἡδὺ* omissam esse: gratum mihi erit. Quamquam non tam omissa dici potest, quam paullo post alio

τόδ' ἡδύ, τούτων, Οἰδίπους, δίδωμί σοι
κρίναντι χρῆσθαι. τῇδε γὰρ ξυνοίσομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ Ζεῦ, διδοίης τοῖσι τοιούτοισιν εὖ.

ΘΗΣΕΥΣ.

τί δῆτα χρῄζεις; ἦ δόμους στείχειν ἐμούς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

εἴ μοι θέμις γ' ἦν. ἀλλ' ὁ χῶρος ἔσθ' ὅδε,

ΘΗΣΕΥΣ.

ἐν ᾧ τί πράξεις; οὐ γὰρ ἀντιστήσομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐν ᾧ κρατήσω τῶν ἔμ' ἐκβεβληκότων.

ΘΗΣΕΥΣ.

μέγ' ἂν λέγοις δώρημα τῆς συνουσίας.

---

modo adiecta, *τῇδε γὰρ ξυνοίσομαι.* Aliquot codd. in iisque Laur. A. *Οἰδίπου.*

V. 649. Libri Tricliniani *ἐς δόμους.* Veteres *ἢ δόμους.* Par. F. *ἦ δόμους*, ut Brunckius, quem sequuntur Reisigius et Elmsleius, recte. Sed non debebat Elmsleius comparare Oed. R. 622. *τί δῆτα χρῄζεις; ἦ με γῆς ἔξω βαλεῖν;* Ibi enim recte libri *ἤ*, quod coniecturae inservit. Hic vero non coniectat Theseus, sed simpliciter interrogat. Non male Tricliniani libri *ἐς δόμους*, omissa particula interrogativa.

V. 650. S i m i h i f a s e s s e t. Non, ut Brunckius, u t i n a m.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

εἰ σοί γ' ἅπερ φῂς ἐμμενεῖ τελοῦντί μοι.

ΘΗΣΕΥΣ.

θάρσει τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός· οὔ σε μὴ προδῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὔ τοι σ' ὑφ' ὅρκου γ', ὡς κακὸν, πιστώσομαι.

ΘΗΣΕΥΣ.

οὔκουν πέρα γ' ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πῶς οὖν ποιήσεις;

ΘΗΣΕΥΣ.

τοῦ μάλιστ' ὄκνος σ' ἔχει;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἥξουσιν ἅνδρες

ΘΗΣΕΥΣ.

ἀλλὰ τοῖσδ' ἔσται μέλον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅρα με λείπων

ΘΗΣΕΥΣ.

μὴ δίδασχ' ἃ χρή με δρᾶν.

V. 656. Vide ad Philoctet. 800.

V. 657. Sensus est: nec profecto plus lucrarere iureiurando, quam simplici promisso.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὀκνοῦντ' ἀνάγκη.

ΘΗΣΕΥΣ.

τοὐμὸν οὐκ ὀκνεῖ κέαρ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκ οἶσθ' ἀπειλὰς

ΘΗΣΕΥΣ.

οἶδ' ἐγώ σε μή τινα
ἐνθένδ' ἀπάξοντ' ἄνδρα πρὸς βίαν ἐμοῦ.
πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ πολλὰ δὴ μάτην ἔπη

V. 662. Edd. Triclinianae male signo interrogandi post *ἀπειλὰς* distinguunt. Rarum genus interpellatae orationis, quo usus est poeta v. 659. 660. 662. ut non pergat is qui interpellabatur. Sed res ipsa postulabat, omnes Oedipi dubitationes statim ita refutari, ut iis occurreretur, priusquam plene prolatae essent. In fine versus Schaeferi coniecturam, *οἶδ' ἐγὼ οὔ σε μή τινα* iure mirantur Reisigius atque Elmsleius. Puto ego quidem ita dici potuisse, sed minime probo illud genus emendandi, quo quidam malunt quae scriptor potuerit scribere repositum ire, quam cogitare, quid ille etiam non scribere potuerit.

V. 664. Libri, *πολλαὶ δ' ἀπειλαί, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη θυμῷ κατηπείλησαν.* Sic etiam Suidas v. *πολλαὶ δ' ἀπειλαί*, qui repetiit verba scholiastae: *ἀντὶ τοῦ, πολλοὶ ἄνθρωποι πολλὰ ἀπειλήσαντες ἐκ θυμοῦ, πέψαντες τὸν θυμὸν καὶ τὸν καθεστηκότα νοῦν ἀναλαβόντες, ἐπαύσαντο τῶν ἀπειλῶν.* Musgravius coniiciebat *θυμοί*, de quo plurali videndus Lobeckius ad Aiac. p. 330. Toupius ad Suid. Vol. II. p. 32. servans *θυμῷ*, scribendum cense-

θυμῷ κατηπείλησαν· ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν
αὑτοῦ γένηται, φροῦδα τἀπειλήματα.
κείνοις δ' ἴσως κεὶ δείν' ἐπεῤῥώσθη λέγειν

---

bat, πολλοὶ δ' ἀπειλάς. Brunckius dedit, πολλὰς δ' ἀπειλάς, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη θυμὸς κατηπείλησεν. Vauvillersium, post ἔπη interpungentem, atque ita haec interpretantem: multae minae nihil aliud sunt quam multa inania verba: prae ira in minas eruperunt Thebani: sequutus in textu est Reisigius. Ex his si quid probandum esset, praeferrem Brunckii coniecturam. Caetera enim omnia dura sunt et inconcinna. Nec probo, quod Seidlero ad Eur. El. 1063. placuit: πολλαὶ δ' ἀπειλαί· πολλὰ δὴ μάτην ἔπη θυμῷ κατηπείλησαν. Qui homines intelligi voluit. Eodem modo Elmsleius, nisi quod is Thebanos dici putat. At recte interpretatus est scholiastes. Nam sensus est: multae iam minae multa inania per iram minatae sunt. Atque in hanc sententiam accipienda esse verba vidit in commentationibus Reisigius. Ipsae enim minae dicuntur minatae esse. Similiter in Trachiniis v. 345. χὠ λόγος σημαινέτω. Itaque fortasse non opus erat apud Demosthenem Ol. III. p. 32, 13. ed. Reisk. περὶ ὧν ἂν γραφῇ recipi, quum etiam γράφει τὰ ψηφίσματα recte dici videatur.

V. 666. Plerique libri αὐτοῦ, quod restituit Elmsleius, ut sit, ubi illuc animum adverterint. Mihi quidem αὑτοῦ, quod est sui compos, multo aptius videtur. Nam etiam quum quis iratus est, animum, et maxime quidem, ad rem illam advertit, sed occaecatum cupiditate, nec libero usu iudicii fruentem.

V. 667. Male Brunckius ante ἴσως commate distinxit, quam vocem cum φανήσεται construendam esse monuit Reisigius, afferens Aristoph. Nub.

τῆς σῆς ἀγωγῆς, οἶδ' ἐγὼ, φανήσεται
μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος, οὐδὲ πλώσιμον.
θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε, κἄνευ τῆς ἐμῆς
γνώμης, ἐπαινῶ, Φοῖβος εἰ προὔπεμψέ σε·
ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος οἶδ' ὅτι
τοὐμὸν φυλάξει σ' ὄνομα μὴ πάσχειν κακῶς.

στροφὴ ά.

Εὐίππου, ξένε τᾶσδε χώ-

1322. et Schaeferum ad Longum p. 357. qui de asseverandi vi illius adverbii disseruit. Sed ne quis, quod quibusdam accidisse video, exuere id propriam suam vim putet, monendum est, pertinere hunc usum ad illam dicendi figuram, qua omnes linguae, Graeca autem maxime utitur, ut oratio dubitationem prae se ferens voce pronunciantis in asseverationem convertatur. *Κείνοις* et cum *ἐπεῤῥώσθη* et cum *φανήσεται* construendum. Atque illud quidem significat, si illis eo crevit fiducia ut gravia de te reducendo minarentur.

V. 669. Affert hunc versum Suidas v. *πλώσιμον*.

V. 670. Porsonus apud Kiddium numerorum caussa *κἄνευ γε τῆς ἐμῆς ἐγὼ* scribendum putabat. Nihil mutatione opus, si, ut Brunckius fecit, commate post *ἔγωγε* distinguimus. Nam verba *κἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης* a caeteris seiuncta adiiciuntur, hoc sensu, etiam si ego non spondeam tibi auxilium. Vide Elem. d. metr. p. 113. seqq.

V. 671. Duo codd. et margo ed. Turn. *προὔτρεψέ σε*.

V. 674. Hanc parodum ab Sophocle, quum a filiis dementiae accusatus esset, recitatam iudicibus esse auctor est Plutarchus in libro quo quae-

ρας ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα,
τὸν ἀργῆτα Κολωνόν, ἔνθ'
ἁ λίγεια μινύρεται

---

rit an seni gerenda sit res publica p. 785. A. quo loco affert v. 674—679. Cicero in Catone c. 7. eum dicit Oedipum Coloneum recitasse. Haeserunt interpretes in pleonasmo quem putabant, *τᾶςδε χώρας γᾶς*. Elmsleius verba ita construenda putat, *τᾶςδε χώρας ἵκου ἔπαυλα, τὰ κράτιστα γᾶς* (*ὄντα*). Permirum quid Reisigio in mentem venit, qui *τᾶςδε χώρας* e vocativo *ξένε* apta esse vult, ita vertens: equis gaudentis terrae hospes venisti in praestantissima soli spatia. At genitivus *γᾶς* pro adiectivo est, similiter ut in Prometheo v. 432. *κελαινὸς δ' Ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς*. Quod prosae orationis scriptor dicere poterat, *τῆςδε χώρας ἵκου τὰ κράτιστα ἔπαυλα*, poeta sic dixit ut poneret *γᾶς ἔπαυλα*. Sensus est: huius regionis venisti in praestantissimum, quod habitatur, solum. Vocem *ἔπαυλα* e Sophocle commemoravit Eustathius p. 726, 27. (617, 47.)

V. 676. Libri, *ἔνθα λίγεια*. Et sic etiam apud Plutarchum et Suidam v. *μινύρεται*. Vulgo verba *ἔνθα λίγεια μινύρεται* in unum versum coniuncta erant, quem quod in antistropha primus pes spondeus esset, notarunt Gaisfordius ad Hephaest. p. 304. et Seidlerus de verss. dochm. p. 349. qui tamen scribi posse ait *ἔνθ' ἁ*, quod etiam ad Eurip. Elect. 134. commendat. Et sic etiam Porsonus apud Kiddium ad Dawesii Misc. cr. p. 563. Ita certissime corrigendum dixi in Elem. d. m. p. 71. et 542. neque aliter sentiet, qui vel aliquam horum metrorum scientiam habeat.

V. 677. Edd. vett. et optimi quidam codd. *μύ-*

θαμίζουσα μάλιστ' ἀη-
δὼν χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις,
τὸν οἰνῶπ' ἀνέχουσα κισ-

ρεται. Veram scripturam caeteri libri habent et Plutarchus ac Suidas v. *μινύρεται.*

V. 679. Suidae edd. vett. et cod. Leid. *βήσσαις* in v. *μινύρεται.*

V. 680. Quidam codd. *τὸν οἰνώπαν ἔχουσα.* Pauci *τὸν οἰνῶπ' ἀνέχουσα.* Plerique male *οἴνωπ'.* Apud Suidam v. *ἄν' οὖς ἔχων* scriptum *οἴνοπ'.* Is *ἀνέχουσα* per *ἄνω ἔχουσα* interpretatur, ut scholia stes, unde ille hausit. Hanc interpretationem Brunckius non iniuria futilem appellat, sed non minus futile ipsius commentum est, verbum compositum pro simplici positum esse. Neque enim aliter compositis pro simplicibus uti licitum est, quam ubi significatu ita conveniunt, ut recte commutari possint. Reisigius affert grammatici in libello de constructione a me editi verba p. 371. *ἀνέχω — ἀντὶ τοῦ στέργω καὶ τιμῶ· ὡς Εὐριπίδης·* (Hec. 123.) *τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων λέκτρ' Ἀγαμέμνων·* iisque addit ex Aiace v. 212. *ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας·* deinde autem, quod Aristides vol. I. p. 19. (10. ed. Iebb.) *ἀνέχειν* et *ἐμβατεύειν* iunxerit, ita scribens: *καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι θεοφιλεῖς, οὐκ Ἄτη πατεῖ τὰς κεφαλάς, Ἀθηνᾶ δὲ ἀνέχει καὶ ἐμβατεύει, τηροῦσα τὸ σύμβολον τῆς αὐτῆς γενέσεως·* rem comminiscitur inauditam, *ἀνέχειν* significare, tenere superiorem loci partem. At Aristides quum *ἀνέχει* dixit, id esse voluit *ἄνω ἔχει*, quod Minerva erigat capita hominum, quae Ate deprimat. Omnino autem *ἀνέχειν* aut sustinere, i. e. ferre, significat, aut arrigere sublatumque tenere, ut in illo Aeschyli, *ἄκουε δ' ἄν' οὖς ἔχων*, aut retinere et cohibere, aut neu-

trali potestate e m i n e r e. Accurate haec explicata in Bekkeri Anecd. p. 399. et 400. Atque in Aiace vix dubitari potest quin sit s u s t i n e r e. Nam non dedignari torum Tecmessae dicitur Aiax. In Hecuba nisi eodem modo, saltem simili usurpatum illud verbum, ut significet f i r m u m t e n e r e, quoniam qui sustinet aliquid, facit ne id labatur. In Aristoph. Thesm. 947. quod scriptum est, *ἄγε νῦν ἡμεῖς παίσωμεν ἅπερ νόμος ἐνθάδε ταῖσι γυναιξίν, ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν*, id Suidas v. *ἀνέχομαι* interpretatur, *ὅταν τὰς τελετὰς αὔξωμεν· τοῖς γὰρ ὕμνοις ἐπαίρομεν αὐτάς·* vereor ne non recte. Nam hic quoque conservandi notio illi verbo inesse videtur, similiter ut nos dicimus a u f r e c h t h a l t e n. In illo Theocriti autem, I. 96. *λαθρη μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἄνα θυμὸν ἔχοισα*, valde erravit Valckenarius, quum *ἀνέχειν* in a l t u m a t t o l l e r e et e l a t u m o s t e n t a r e ac p r a e s e f e r r e interpretatur, Veneremque dici putat subridentem vultu iram animi praeferre. Immo cohibere illa et comprimere iram dicitur. Nunc scire velim, quo pacto luscinia dici possit hederam *ἀνέχειν*. Nam sicubi hoc verbum cum accusativo ita coniungitur, ut etiam simplex *ἔχειν* videatur usurpari posse, qualia sunt illa *λέχος*, *ὄργια ἀνέχειν*, vel quod grammaticus ille apud Bekkerum ex Thucydide affert, *αἱ περιουσίαι τῶν χρημάτων τοὺς πολέμους ἀνέχουσιν*, vel quod est apud Pausaniam X. 33, 5. *δράκοντα δὲ ἰσχυρὸν ἀνέχειν τὴν φρουράν·* ea omnia eiusmodi sunt, ut conservandi tuendique notionem, quae in sustinendi significatione inest, habeant, ipsumque illud verbum s u s t i n e r e in vertendo admittant. At vero luscinia hederam sustinere quomodo dicatur, non video, nisi forte, quoniam in sustinendo perferendoque diuturnitatis notio inest, ita eo verbo usum putabimus Sophoclem, ut constanter teneri arbores istas ab

σόν καὶ τὰν ἄβατον θεοῦ
φυλλάδα μυριόκαρπον ἀνήλιον
ἀνήνεμόν τε πάντων
χειμώνων· ἵν' ὁ βακχιώ-

---

lusciniis indicaret. Eam ob caussam veritus sum scripturam mutare, etsi facillime ex illa quamvis paucorum neque optimorum lectione librorum *τὸν οἰνῶπαν ἔχουσα* coniici potuit *τὸν οἰνωπὸν ἔχουσα*. Illud addo, erraturum, si quis *ἀνέχουσα* hic pro *τιμῶσα*, quo verbo grammatici *ἀνέχειν* explicant, dictum putabit. Nam id quoque non nisi in ea cadit, quae quis sustinet ac tuetur: unde cara ipsi esse colligitur.

V. 681. Codd. Vat. et Ven. *ἄφατον*. Qui hic deus commemoratur, eum Bacchum esse et praecedentia et sequentia produnt. Sed dubitant interpretes, quae sit illa *φυλλὰς μυριόκαρπος ἀνήλιος*, quod postremum vocabulum quia vitibus non conveniat, Elmsleius laurum intelligendam putat, quae et supra v. 17. his in locis multa esse dicatur, et in Oed. R. 83. vocetur *πάγκαρπος*. Non repugno: sed credam tamen non solas lauros significari. Videtur enim omnino arboribus densum nemus describi Baccho sacrum.

V. 682. Libri Tricliniani *ἀνάλιον*, quod Brunckius recepit. Eum sequutus Reisigius, qui infra etiam *ἆμαρ* et *ἄματι* posuit, melius, opinor, Sophocli consulturus, si istiusmodi ornamenta non obtrusisset numeris Glyconeis, generi carminis aliquanto tenuiori. *Ἀνήλιον* legitur etiam apud Eustathium, qui haec verba affert, p. 1547, 12. (Od. 240, 29.)

V. 684. Vulgo *βακχειώτας*. Laur. B. *βακχιώτας*, quod recepit Elmsleius. Ita et metri caussa et quod vulgatum analogiae repugnaret, scribendum dixi in Elem. d. m. p. 528. Reisigius, qui singu-

τας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει
θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις.

---

laribus delectari solet, neque in correpta diphthongo ει obhaesit, cuius scilicet correptionis ipse duo exempla procudit in Coniect. p. XXIII. et, ut analogiam tueatur, non modo ἠπειρώτης et ταξεώτης et Σικελιώτης affert, quod nomen ut ab Σικελία, ita a βακχεία βακχειώτης fieri ait, sed etiam βακχιώτης suspectum habet, ut quod non possit nisi a Βάκχιος fieri, sicut εὐϊώτης ab εὔϊος: quare saltem personae Bacchi non convenire. Haec ne quem forte incautum conturbent, primo cogitet, ἠπειρώτης et Σικελιώτης, quaeque multa his similia inveniuntur, ut τοπικά, prorsus ab hac disputatione removenda esse; deinde autem nec ταξεώτης, quod ταξιώτης scribendum est, a τάξις, neque εὐϊώτης ab εὔϊος, nec βακχιώτης a βάκχιος, sed a verbis ταξιοῦν, εὐϊοῦν, βακχιοῦν formata esse. Vnde consequens' est, quum βακχιοῦν dicant Graeci, non dicant autem βακχειοῦν, convenire analogiae βακχιώτης, βακχειώτης autem repugnare.

V. 686. Libri omnes θείαις. Elmsleius, ut ad Med. 813. coniecit, quo versus ab initio una syllaba brevior fieret, edidit θεαῖς. Quae huic coniecturae obiicit Reisigius, nec vere θεὰς esse τιθήνας nymphas, et aegre desideratum iri pristinam Glyconei formam, non sunt magni momenti. Nam nec metrum recisa prima syllaba inconcinnos numeros praebet, deas autem dici nymphas posse, non indiget demonstratione. Gravius est illud, quod, si θεαῖς τιθήναις scribitur, θεαῖς pro nomine, τιθήναις pro adiectivo est: atqui ea prava foret verborum collocatio, quia sensum praeberet frigidum, deabus, quae sunt nutrices, quum in unam notionem hic coniungi

ἀντιστροφὴ ά.

θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄ-
χνας ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ αἰεὶ
νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν

---

illa postulet sermo poeticus, nutricibus deabus, τιθήναις θεαῖς. Ex quo intelligitur, eiusmodi vocabulo opus esse, quod sit adiectivum, coniungendum sequenti nomini primario τιθήναις. Caeterum fallitur Heathius, σὺν intelligi volens, quod omitti non potuit. At aliud est cum nymphis, aliud choro nympharum aliquem locum pervagari.

V. 687. Afferunt haec verba Eustathius p. 492, 5. (375, 21.) et Suidas v. οὐρανία ἄχνη, apud quos ἄχνης legitur.

V. 688. *Καλλίβοτρυς* Reisigio iudice pulcricomus est. At quum βότρυς a poetis pro βόστρυχος dicitur, non simpliciter comae, sed cincinni ad uvae similitudinem conglomerati intelliguntur. Sic etiam narcissus καλλίβοτρυς est floribus spissus.

V. 689. Fallitur scholiastes, qui scribendum coniicit μεγαλᾶν θεᾶν, quo significentur Furiae. Satis enim constat, μεγάλας θεὰς Cererem et Proserpinam dici, quarum si antiquum coronamentum narcissum esse poeta dicit, Proserpinam potissimum videtur in mente habere, quam narcisso eximie gavisam esse scholiastes ostendit, cuius docta ad h. l. adnotatio est; quem florem legens rapta a Plutone esse fertur, ut Pamphos apud Pausaniam IX. 31, 6. et Homerus in hymno Cereris prodiderunt. Sophoclis verba de Furiis accepisse videtur etiam Plutarchus Q. Symp. III. 1. p. 647. B. ὁ δὲ Σοφοκλῆς τὸν νάρκισσον ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα προςεῖπε, τῶν χθονίων λέγων, quae verba repetiit Clemens Alex. Paedagog. II. p. 213, 9. (181. ed. Col.) Eustathius p. 87, 25.

ἀρχαῖον στεφάνωμ', ὅ τε
χρυσαυγὴς κρόκος· οὐδ' ἄϋ-
πνοι κρῆναι μινύθουσι
Κηφισσοῦ νομάδες ῥεέ-

(65, 42.) *νάρκισσος Ἐριννύσι στεφάνωμα. νάρκισσός τε γὰρ ἐκ τοῦ ναρκᾶν παρηχεῖται, καὶ τοῦ ναρκᾶν Ἐριννύες τοῖς κακούργοις παραίτιοι.* Alia vide apud Creuzerum in praefat. ad Plotin. de pulcritudine p. XLVIII. seqq.

V. 693. In scholiis per errorem vel ipsius scholiastae vel librarii Ilissus pro Cephisso memoratur. Istam scripturam receperat Brunckius, sero recordatus ab altera parte Athenarum esse Ilissum. *Κηφισοῦ* cum aliquot MSS. dedit Elmsleius, quia, si *Κηφισσὸς* dixissent Attici, in familiari sermone dicturi fuissent *Κηφιττός*, *Κηφιττόδωρος*, *Κηφιττοφῶν*. Est haec profecto aliquanto ingeniosior defensio litterae non geminatae, quam qua usus est Osannus ad Marm. Elgin. p. 66. qui adeo omnia conturbavit, ut ne illud quidem, in quo cardo versatur huius disputationis, videatur intellexisse. Lapidum enim et nummorum et codicum perexigua in hoc genere auctoritas est, quum illud potius quaerendum sit, an possint ista nomina carere littera duplici. Est enim prius illud *σ* ex littera gutturali, ut *γ*, *κ*, *χ*, ortum, non in his tantum nominibus, sed etiam in aliis, si non omnibus, at plerisque, ut *λεύσσω*, *γλαύσσω*, *γλῶσσα*, quae si quis ostenderit per unum *σ* scribi posse, tum credam etiam de illis. Quod autem Elmsleius obiecit, speciosius est quam verius. Neque enim omnia in vulgari Atticorum sermone *ττ* admittunt, sed ea res tota ex usu pendet: unde Attici ne suum quidem ipsorum fluvium *Ἰλιττόν*, quam *Ἰλισσὸν* vocare maluerunt. *Νομάδες* dici

θρων, ἀλλ' αἰὲν ἐπ' ἤματι
ὠκύτοκος πεδίων ἐπινίσσεται
ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ
στερνούχου χθονός· οὐδὲ Μου-

---

videntur Cephissi fontes sive quod in plures rivos divisus fluit, sive quod imbribus subito augentur: respondet enim hoc nomen fere Latino vagus. Strabo IX. 24. p. 400. sive vol. III. p. 383. *ποταμοὶ δ' εἰσίν, ὁ μὲν Κηφισσὸς ἐκ Τρινεμῶν τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ' οὗ καὶ ἡ Γέφυρα καὶ οἱ Γεφυρισμοί, διὰ δὲ τῶν σκελῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεος εἰς τὸν Πειραιᾶ καθηκόντων ἐκδίδωσιν εἰς τὸ Φαληρικόν, χειμαῤῥώδης τὸ πλέον, θέρους δὲ μειοῦται τελέως. ἔστι δὲ τοιοῦτος μᾶλλον ὁ Ἰλισσός, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεος ῥέων εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Ἄγρας καὶ τοῦ Λυκείου μερῶν, καὶ τῆς πηγῆς, ἣν ὕμνησεν ἐν Φαίδρῳ Πλάτων.*

V. 695. Scholiastes iunxit *ὠκυτόκος πεδίων*, qui explicet ita: *ἤγουν ὠκυτόκα ποιῶν τὰ πεδία καὶ ἔγκαρπα.* At recte viderunt recentiores interpretes, construi cum hoc genitivo debere verbum *ἐπινίσσεται*, cohaerere autem *πεδίων στερνούχου χθονός.* Quamquam Brunckius *ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ στερνούχου χθονὸς* coniungi volebat. Pro *ὠκυτόκος*, quod libri habent, accentu mutato dedi *ὠκύτοκος*. Vide, quem modo afferebam, Strabonis locum.

V. 697. Scholiastes: *στερνούχου χθονός. ἴσον τῷ, γονίμου γῆς. ἢ πεδιούχου χθονός. μεταφορικῶς γὰρ καὶ στέρνα καὶ νῶτα φασὶ τὰ πεδιώδη καὶ εὐρέα, καθάπερ αὖ πάλιν αὐχένας τὰ στενά.* Eadem fere habet Suidas v. *στέρνα χθονός*, haec Sophoclis verba commemorans. Affert etiam Eustathius p. 309, 36. (234, 16.) ita scribens: *καὶ*

σᾶν χοροί νιν ἀπεστύγησαν, οὐδὲ

στέρνα δὲ καὶ νῶτα καὶ βούστροφα γῆς μετάφρενα· ἣν καὶ χθόνα στερνοῦχον εἶπεν ὁ Σοφοκλῆς. Reisigius, scholiastam, qui arva patentia intelligi velit, parum vidisse dicens, illum sequitur, qui omnino de terrae fertilitate verbum illud explicat: designari enim terram nutricem, sicuti tellus alias παμμήτωρ dicatur, atque esse καρποὺς ἀρδομέναν στέρνοις. At ea explicatio aut ad illam ipsam redit, quam improbat Reisigius, aut falsa est, eodemque versatur in errore, quem in epistola ad Creuzerum de tractatione mythologiae p. 73. seqq. notavi, cui Hesiodi Γαῖα εὐρύστερνος nutricem significare videbatur. Non enim ubera, sed pectus στέρνα vocatur. Itaque multo cautius Elmsleius non optime sibi constare de significatione illius nominis fatetur. Mihi quidem ea, quae maxime et simplex et plana explicatio est, arridet, quae est πεδιοῦχον, ut πεδία στερνούχου χθονὸς campi sint terrae planitiem habentis. Sed vereor ne Sophocles novitatis studio vocem finxerit parum poeticam. Quanto melius Aeschylus: ἄξια δ' οὐρανοῦχον ἀρχὰν σέβειν. Quod nisi et librorum et Suidae Eustathiique auctoritas obstaret, facile adducerer,ut ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ στερνοῦχος χθονὸς veram esse lectionem putarem. Cod. Ven. habet στέρνου.

V. 698. Scholiastes: χοροί νιν. τὴν Ἀττικήν. Quod verum videtur, etsi etiam ad Cephissum referri posset. Sed primaria tamen notio est Coloni. Deinde edd. vett. et Par. A. Ricc. A. codd. οὐδὲ χρυσάνιος. Laur. B. et Ven. οὐδ' ἁ χρυσάνιος. Par. B. Vat. οὐδ' ἁ χρυσήνιος. Laur. A. Par. F. Ricc. B. οὐδ' αὖ χρυσάνιος. Tricliniani turpi correctione, οὐδ' αὖ ἁ χρυσήνιος. Brunckius parum eleganter, οὐδέ γ' ἁ χρυσάνιος. Rei-

μὰν χρυσάνιος Ἀφροδίτα.

στροφὴ β'.

ἔστιν δ' οἷον ἐγὼ γᾶς Ἀσίας οὐκ ἐπακούω,
οὐδ' ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νά-
σῳ Πέλοπος πώποτε βλαστὸν
φύτευμ' ἀχείρωτον αὐτόποιον

---

sigius, οὐδὲ θεὰ χρυσάνιος. Elmsleius, quod strophicum versum corrigendum putaret, veterum edd. scripturam servavit. Ego ad Elmsleii Medeam v. 813. οὐδὲ μὰν conieci. Idque reponendum duxi. Pausaniae verba in descriptione Academiae I. 30, 2. Elmsleius attulit: ἔστι δὲ καὶ Μουσῶν βωμός, καὶ ἕτερος Ἑρμοῦ, καὶ ἔνδον Ἀθηνᾶς. De Venere ille nihil, sed tamen de Amore in principio capitis illius: πρὸ δὲ τῆς ἐςόδου τῆς ἐς Ἀκαδημίαν ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτος, ἔχων ἐπίγραμμα, ὡς Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀναθείη.

V. 700. Pausanias I. 30, 2. καὶ φυτόν ἐστιν ἐλαίας, δεύτερον τοῦτο λεγόμενον φανῆναι. Herodotus V. 82. ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέσθαι, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι. λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἔσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἢ Ἀθήνῃσι. Vt ab Sophocle hic Asia et Peloponnesus pro orientis et occidentis oris nominantur, ita Scythae et Peloponnesus ab Aeschylo Eum. 706. οὔτ' ἐν Σκύθαισιν οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις.

V. 702. Veteres libri πώποτε. Tricliniani ποτε.

V. 703. In paucis codd. ut in scholiis, scriptum ἀχείρητον. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 474, 4. ἀχείρωτον, ἄμωμον. Sed Pollux II. 154. ἀχείρωτον δὲ Σοφοκλῆς εἶπε τὸ ἀχειρούργητον. Scilicet plantatio non manu cuiusquam, sed per se ipsam facta intelligitur, quod est αὐτόποιον. In

ἐγχέων φόβημα δαΐων,
ὃ τᾷδε θάλλει μέγιστα χώρᾳ,
γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας·
τὸ μέν τις οὐ νέος, οὔτε γήρᾳ

Elmsleii adnotatione per errorem *αὐτοποιὸν* scriptum, sed libri recte positum accentum habent.

V. 704. Hunc versum satis illustravit scholiastes.

V. 705. Brunckius e cod. T. *μέγιστα*, ut ex coniectura Canterus. Antea legebatur *μεγίστα*. Metri naturam recte perspexit Brunckius. Male Elmsleius dipodiam iambicam a Cretico et Bacchio excipi putat.

V. 706. Apte Elmsleius attulit Hesychium: *στέφανον ἐκφέρειν. ἔθος ἦν, ὁπότε παιδίον ἄῤῥεν γένοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν, ἔρια διὰ τὴν ταλασίαν.* Exemplum ex Ione Euripidis v. 1433. seqq. affert. Pro *φύλλον* libri Tricliniani *θαλλόν*.

V. 707. Libri Tricliniani, *τὴν μέν τις οὔτε νέος.* Veteres, *τὸ μέν τις οὔτε νεαρός.* Par. B. Vat. Ven. *οὐδὲν εὐαρός.* Porsonus apud Kiddium p. 217. et Reisigius, *οὐ νεαρός*, quem ea in re suorum ipsius ad v. 485. praeceptorum immemorem fuisse, monet Elmsleius. Vult autem Reisigius *νεαρὸς* duabus syllabis pronunciari, quintam huius metri syllabam longam esse debere contendens. Ita si quis statuit, poterit is ex trium quos supra dixi librorum scriptura tale quid coniicere: *τὸ μέν τις εὔωρος, οὔτε γήρᾳ.* Sed fuit etiam in eo quaedam ars tragicorum posita, ut in quibusdam, praesertim gravibus metris, non mensura solum, sed etiam sonus syllabarum antistrophicarum fere congrueret. Id quod in hoc ipso metro ter hae strophae comprobant. Quare ego quidem veterum librorum scripturam metricis deberi puto, trimetrum iambicum catalecticum efficere volen-

σημαίνων ἀλιώσει χερὶ πέρ-
σας· ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν κύκλος
λεύσσει νιν Μορίου Διός,
χὰ γλαυκῶπις Ἀθάνα.

---

tibus, veram autem scripturam esse, *τὸ μέν τις οὐ νέος, οὔτε γήρᾳ.* De illo *οὐ — οὔτε* dictum supra ad v. 497. Nec videtur idonea caussa esse, cur primam huius metri partem negemus syllaba ancipiti terminari posse, quum id et analogia aliorum similium metrorum commendet, nec nulla correptae inveniantur exempla. Vide ad Philoct. 1199. et ad Electr. 1086. De re ipsa accurate explicuit Reisigius, *νέον* ad Xerxen spectare monens, a quo combusta Minervae olea, quae in arce erat, postridie novo germine effloruit: de qua re videndus Herodotus VIII. 55. et ad eum Valckenarius; *γήρᾳ σημαίνων* autem, senex imperator, ad Archidamum, quem aetate provectiorem fuisse ex Thucyd. I. 80. appareat, regem Lacedaemoniorum, qui, ut ex Androtione refert scholiastes, abstineri a sacris oleis iussit.

V. 709. Edd. vett. et codd. nonnulli, *ὁ γὰρ εἰσορῶν.* Caeteri codd. et edd. Triclinianae, quos sequitur Reisigius, *ὁ γὰρ ἐσαιέν.* Brunckius cum Heathio, *ὁ γὰρ εἰσαιὲν ὁρῶν.* Quod Porsonus apud Kiddium p. 217. coniecisse dicitur, *ὁ γὰρ αἰὲς ὁρῶν*, nisi typographi error est, ne commemorari quidem debebat. Quid enim Aeolica ista forma ad Atticos. Elmsleius recepit *ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν*, quod commendavi in Elem. d. m. p. 540.

V. 710. De Iove Morio, ipsoque illo olearum nomine et Sophoclis scholiastes exposuit, et interpres Aristophanis ad Nubes 1001. quibus alia adiecit Reisigius.

ἀντιστροφὴ β'.

ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτι-
στον,
δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος, εἰ-
πεῖν, χθονὸς αὔχημα μέγιστον,
εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον.
ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν εἰς

V. 712. Male Brunckius ante κράτιστον interpunxerat.

V. 714. Χθονὸς inserui ex mea Porsonique coniectura apud Gaisfordium ad Hephaestionem p. 326. quod etiam Elmsleius fecit.

V. 715. Tautologia offensioni fuit Musgravio et Reisigio, quorum ille εὔμωλον satis inepte coniecit, Reisigius autem pro εὔιππον in textu posuit εὔπλουτον, non reputans dona Neptuni hic commemorari debuisse. Elmsleius comparat vulgatam cum ἀφώνως, ἀλόγως v. 130. quod tamen tolerabilius dictum fatetur. Mihi par utriusque loci ratio videtur, si quidem εὔιππον ad regendorum equorum artem, εὔπωλόν ad alendae nobilis propaginis studium spectare credibile est. Vnde Ἴλιος εὔπωλος apud Homerum, et Gratiarum καλλίπωλος ἕδρα Orchomenus apud Pindarum. Eodem ut Sophocles modo Simmias apud Hephaest. p. 43. (75. ed. Gaisf.) σοὶ μὲν εὔιππος, εὔπωλος, ἐγχέσπαλος δῶκεν αἰχμὰν Ἐνυάλιος εὔσκοπον ἔχειν. Vbi quod Wakefieldius coniecit, εὔοπλον, G. Burgesius in Append. Troadum p. 127. non ibi solum, sed etiam apud Sophoclem veram esse scripturam censebat. Caeterum Brunckius haec ita interpretatus est, ac si haec epitheta putasset generis feminini esse, et pertinere ad ματροπόλει. At ea et obscurior et prosae orationi propior constructio esset. Iungenda sunt **δῶρον εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον.**

τόδ' εἴσας αὔχημ', ἄναξ Ποσειδάν,
ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν
πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς.
ἁ δ' εὐήρετμος ἔκπαγλ' ἁλία
χερσὶ παραπτομένα πλάτα
θρώσκει, τῶν ἑκατομπόδων

V. 718. Ἀκεστῆρα χαλινὸν dicit, qui medeatur ferociae equorum. Similiter Pindarus Ol. XIII. 97. φίλτρον ἵππειον vocat.

V. 720. Friget, quod Reisigius post ἁλία addidit σά.

V. 721. Brunckius e cod. T. παραπεπταμένα. Caeterorum librorum scriptura, παραπτομένα, quod praesentis participium esse patet, confirmat quae de verbo πτέσθαι dixi ad Oed. R. 17.

V. 722. Scholiastes ad illud ἑκατομπόδων adnotavit: ἀκολούθως, ὅτι αἱ Νηρηΐδες πεντήκοντά εἰσι. Sic etiam Suidas v. Νηρηΐδες. Quos sequitur Valckenarius Animadv. ad Ammon. III. 1. quo loco observat, veteres in numero quinquaginta Nereidum consentire. Quod raro accidit, Bothius ut fraudem faceret hominibus doctis, id hoc loco factum videmus. Is enim quum centum Nereides dici crederet, vocabulo ποὺς non nisi periphrasin faciente, non solum Reisigii assensum tulit, ut is adeo reprehendendum Valckenarium putaret, sed etiam Elmsleium ad suam sententiam perduxit. Ipse Bothius Musgravii adnotatione ad istam opinionem adductus videtur, centum Nereides ex Ovidio, Propertio, et Platone commemorantis. At Plato in Critia vol. III. p. 116. E. de insula Atlantide disserens quod scribit, Νηρηΐδας δὲ ἐπὶ δελφίνων ἑκατὸν κύκλῳ· τοσαύτας γὰρ ἐνόμιζον αὐτὰς οἱ τότε· id tantum abest, ut etiam ab Sophocle centum numeratas esse probet, ut veri similius

Νηρήδων ἀκόλουθος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις εὐλογούμενον πέδον,
νῦν σοὶ τὰ λαμπρὰ ταῦτα δεῖ φαίνειν ἔπη.

---

reddat, in communi hunc quinquaginta puellarum numero acquievisse. Quae vero alia exempla Reisigius atque Elmsleius ad comprobandam istam periphrasin attulerunt, ex iis unum duntaxat illud v. 17. quodammodo simile est, πυκνόπτεροι ἀηδόνες, quod Elmsleio pro πυκναὶ ἀηδόνες πτεροῦσσαι dictum videtur, eodemque ille modo ἑκατόμποδας Νηρηΐδας esse putat ἑκατὸν Νηρηΐδας ὀρχηστρίδας. Haec mihi interpretatio longius repetita videtur. Vt quum alibi, tum ad Philoctetae v. 1109. qui perperam 1106. in adnotatione numeratur, dixi, tragici epitheta nominibus ita saepe adiungunt, ut satis habeant, si modo notiones omnes, quibus opus est, adsint, etiam si non suis quaeque epitheta nominibus recte conveniant. Sic πυκνόπτεροι ἀηδόνες sunt crebrae volitantes. Ad istum modum quae hic de Nereidibus dicuntur, sic potius intelligenda essent, ποσὶν ἀκόλουθος ἑκατὸν Νηρηΐδων. Sed quis tamen non videt, multum interesse, utrum infinitus numerus tali epitheto indicetur, an finitus. Absurdum est enim, rei certum habentis numerum, ut pedum, numerum certum indicare, qui non sit huius, sed alius rei numerus. Quare si cui displicet quinquaginta Nereidum centum pedes numerari, is saltem velim hoc vocabulo multipedes dici statuat, neque contendat Nereides ipsas centum esse dici.

V. 725. Nunc, inquit, comprobare te veritatem oportet harum splendidarum laudum. Vide ad Trach. 238.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ, καινόν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἆσσον ἔρχεται
Κρέων ὅδ' ἡμῖν οὐκ ἄνευ πομπῶν, πάτερ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατοι γέροντες, ἐξ ὑμῶν ἐμοὶ
φαίνοιτ' ἂν ἤδη τέρμα τῆς σωτηρίας.

ΧΟΡΟΣ.

θάρσει, παρέσται. καὶ γὰρ εἰ γέρων κυρῶ,
τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακε σθένος.

ΚΡΕΩΝ.

ἄνδρες χθονὸς τῆσδ' εὐγενεῖς οἰκήτορες,
ὁρῶ τίν' ὑμᾶς ὀμμάτων εἰληφότας
φόβον νεωρῆ τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου,
ὃν μήτ' ὀκνεῖτε, μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν.

V. 730. Quod in scholiis legitur, *εἰ γέρων ἐγώ· κυρῶ δηλονότι*, editori Romano deberi monuit Elmsleius. Nam in cod. Laur. A. esse, *εἰ γέρων ἐγώ*, supra scripto *κυρῶ*. In Laur. B. *εἰ γέρων ἐγὼ κυρῶ*. Vnde non esse *κυρῶ* delendum, quod quibusdam placebat, sed servandam potius caeterorum librorum scripturam, *ἐγὼ* omittentium, quod interpres addiderit, oppositionis indicandae caussa.

V. 732. Libri omnes *εὐγενεῖς*, quod Brunckius in *ἐγγενεῖς* mutavit. Ea mutatione non opus esse, Schaeferus, post eumque alii monuere.

V. 734. Affert hunc versum Suidas v. *νεωρῆ*.

V. 735. *Ὃν*, scilicet *ἐμέ*, quod latet in *ἐμῆς*.

ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθείς, ἐπεὶ
γέρων μέν εἰμι, πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι
σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα.
ἄλλ' ἄνδρα τόνδε τηλικόςδ' ἀπεστάλην

Caeterum vide ad Elmsleii Medeam v. 4. p. 334. vel in Diar. class. fasc. XXXVIII. p. 277.

V. 738. Cod. Ven. γράφεται εἴ τις, ὃ καὶ κάλλιον. Vtrumne εἴ τις σθένει, an εἴ τις ἐπίσταται?

V. 739. Libri Tricliniani τηλίκον. Veteres τηλικόνδ'. Deinde pauci codd. ἐπεστάλην, quod recepit Brunckius, qui τηλικόςδ' edidit. Vtrumque vituperat Reisigius, τηλικόνδε dici Oedipum putans, ut usus eius elevetur, ἐπιστέλλεσθαι autem mandata, non hominem dici. Atque hoc quidem verbum etsi de homine dictum non repugnat analogiae, tamen ab usu videtur abhorrere. Quare Aeschylus in Sept. ad Th. 1020. dixit, οὕτω μὲν ἀμφὶ τοῦδ' ἐπέσταλται λέγειν, non ἐπέσταλμαι. Τηλικόνδε Schaeferus sic interpretatur, senex senem abducam, quod probarem, si vel τηλικόςδε, vel simile quid additum esset, ut Iliad. ω. 487. τηλίκον ὥςπερ ἐγών. Aliter enim non potest τηλικόνδε ad comparationem Oedipi et Creontis trahi. De Oedipo autem solo dictum vereor ne non satis aptum sit. Neque enim anni usum eius elevare possunt, sed miseria et labes a flagitiis adhaerens. Quod contra Creontem, cuius interest senem et inermem videri, eo magis decet repetere id, quod modo dixerat, quo credibilius est ad persuadendum non iuvenem, sed virum provectioris aetatis, cuius maior apud Oedipum auctoritas esset, a civitate legatum venire. Ea Brunckio corrigendi caussa fuit, cui recte mihi videntur Erfurdtius Hellerusque adstipulari. Itaque recepi τηλικόςδε.

πείσων ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμείων πέδον,
οὐκ ἐξ ἑνὸς στείλαντος, ἀλλ' ἀνδρῶν ὕπο
πάντων κελευσθείς, οὕνεχ' ἧκέ μοι γένει
τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματ' εἰς πλεῖστον πόλεως.
ἀλλ', ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, κλύων ἐμοῦ,
ἵκου πρὸς οἴκους. πᾶς σε Καδμείων λεὼς

V. 740. *Καδμείων* edd. vett. et quattuor codd. Sed Brunckius cum membranis, caeterisque codd. et edd. Triclinianis *Καδμεῖον*. Haec quid differant, dixi ad Bacch. 1. Hic quidem non multum interest, utram scripturam praeferas.

V. 741. *Ἀστῶν*, quod in margine ed. Turn. et codicibus iis, quos grammaticorum coniecturis emendatos esse Elmsleius observavit, legitur, probarunt H. Stephanus, Heathius, Musgravius, Brunckius, admisitque Elmsleius, sed ut eum postea pene poeniteret. Caeteri libri *ἀνδρῶν*. Nimirum pro eo, quod in mente habuerat Creon dicere, *οὐκ ἐξ ἑνὸς ἀνδρός, ἀλλ' ὑπὸ πάντων*, ita loquutus est, ut *ἀνδρῶν* in altera parte sententiae poneret.

V. 743. Vulgo, *πήματ' ἢ πλεῖστον*. Brunckius, Mudgii iudicium Marklandique ad Suppl. 481. sequutus, *ἢ* delevit. Reisigius, ut ego aliquando conieci, *πήμαθ' ἢ πλεῖστον*. Sed quum Laur. A. *πήματ' εἰ σπλεῖστον*, Par. F. Ricc. B. *εἰ πλεῖστον*, Laur. B. *εἰς πλεῖστον* habeant, hoc postremum recte receptum est ab Elmsleio.

V. 744. Apud Suidam v. *ἵκου* legitur *Οἰδίπου*.

V. 745. Elmsleius dedit *ἱκοῦ*, uti supra v. 471. *ἐνεγκοῦ*. Apud Suidam, ut in Sophoclis libris, *ἵκου* legitur, quae scriptura analogiae consentanea visa est Apollonio grammatico, teste scholiasta Aristoph. ad Plut. 103. Confer Buttmanni gr. Gr. uberiorem vol. I. p. 464. Mihi quidem haec dis-

καλεῖ δικαίως· ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ,
ὅσῳ περ, εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν
κάκιστος, ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς, γέρον,
ὁρῶν σε τὸν δύστηνον, ὄντα μὲν ξένον,
ἀεὶ δ' ἀλήτην, κἀπὶ προςπόλου μιᾶς
βιοστερῆ χωροῦντα· τὴν ἐγὼ τάλας
οὐκ ἄν ποτ' ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν

---

putatio nondum eo adducta videtur, ut contra libros multa in hoc genere novari velim. Pro vulgato *Καδμείων* pauci codd. *Καδμεῖος*.

V. 746. Libri Tricliniani, *ἐκ δὲ τῶν πάντων ἐγώ*. Veterem scripturam servans Porsonus apud Kiddium p. 217. sequentia sic scribenda putabat: *μάλιστα δ', εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν κάκιστος*.

V. 748. Codd. pauci neque optimae notae, *μάλιστα δ' ἀλγῶ*, vel *μάλιστ' ἀλγῶ*, vel *μάλιστ' ἐπαλγῶ*. Pro *γέρον* Brunckius ex Eldikii coniectura *πλέον*. Vulgatam docte defendit Schaeferus. V. Trach. 312.

V. 750. Eustathius p. 394, 29. (298, 52.) *παρὰ Σοφοκλεῖ γοῦν ὁ Κρέων τὴν Ἰσμήνην* (Antigonam dicere debebat) *πρόςπολον Οἰδίποδος εἰπών, προϊὼν ἐτυμολογεῖ τὴν λέξιν ἐν τῷ, τὰς κόρας τάςδε ἄσσον προςπολουμένας*. Affert Sophoclis verba etiam Suidas v. *βιοστερῆ*.

V. 751. Versus 751 — 772. i. e. 747 — 868. ed. Brunckii, desunt in cod. Ven.

V. 752. Elmsleius *αἰκείας* cum cod. Par. F. scripsit, quod eam scripturam analogia requirat. Est hoc quidem verissimum, sed usus tamen nonnumquam contemnit analogiam, neque id profecto temere. Convenire autem usui vocalem simplicem non modo librorum fides, sed illa ipsa, quae Elmsleius affert, Eustathii testimonia comprobant. Is p. 1336, 58. (1464, 18.) *διφορεῖται*

ἔδοξ', ὅσον πέπτωκεν ἥδε, δύςμορος,
ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα
πτωχῷ διαίτῃ, τηλικοῦτος, οὐ γάμων

δὲ κἀνταῦθα ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἡ παραλήγουσα τῆς ἀεικείας. οὐ μόνον γὰρ διὰ τοῦ ι γράφεται τῷ λόγῳ τῆς αἰκίας, ἀλλὰ καὶ διὰ διφθόγγου, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀεικής, ὅθεν ἀείκεια, ὡς ἐπιεικής, ἐπιείκεια. Et p. 1893, 24. (Od. 736, 17.) διφορεῖται δὲ τοῦ ἀεικείας ἡ παραλήγουσα, ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι. πλείων δὲ χρῆσις ἡ διὰ διφθόγγου, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀεικής, ἀείκεια. ἔχει δὲ λόγον καὶ ἡ διὰ τοῦ ἰῶτα γραφή, διὰ τὸ ἐκ τῆς ἀεικίας τὴν αἰκίαν γίνεσθαι. Quod vero dicebam, non temere ab analogia deflexisse usum, ita volo intelligi. Quum ἀεικὴς indignum significet, recte dicitur ἀείκεια, quidquid indigno modo perpetratur. Sed quoniam verbum ἀεικίζειν sive αἰκίζειν ad certum genus indignitatis, quod est in crudelitate positum, referri consueverat, sensus quidam admonebat Graece loquentes, ut nomen, quo crudelitas significanda esset, magis verbo illi αἰκίζειν accommodarent, quam servarent eam terminationem, quae potius universe indignitatem, ut adiectivum ἀεικής, designare videretur.

V. 753. Libri Tricliniani ἥδ' ἡ δύςμορος. Articulum omittunt veteres libri, numeris suavioribus. Itaque commate ante δύςμορος distinxi, quia, si abest articulus, vocabulum hoc non est cum ἥδε constructum, sed nude positum, ut sit δύςμορος οὖσα.

V. 755. Dedi ex Laur. A. et Ricc. B. πτωχῷ. In Laur. A. supra scriptum ῇι. Ac caeteri libri πτωχῇ, minus eleganter propter eiusdem terminationis iterationem. Eadem generis mutatione τηλικοῦτος dictum, ad quod Schaeferus adhibuit Electr. 614.

ἔμπειρος, ἀλλὰ τοῦ 'πιόντος ἁρπάσαι.
ἆρ' ἄθλιον τοὔνειδος, ὦ τάλας ἐγώ,
ὠνείδισ' εἰς σὲ κἀμὲ καὶ τὸ πᾶν γένος;
ἀλλ' οὐ γὰρ ἔστι τἀμφανῆ κρύπτειν, σύ νυν,
πρὸς θεῶν πατρῴων, Οἰδίπους, πεισθεὶς ἐμοὶ
κρύψον, θελήσας ἄστυ καὶ δόμους μολεῖν

V. 761. Libri Tricliniani κύψον, quod verbum a tragoedia alienum esse Reisigius monuit. Veteres κρύψον. Quod probarunt Musgravius, Brunckius, Reisigius, Elmsleius. Et Reisigius quidem sententiam huius loci ita expressit: *enimvero manifesta occultare non licet: tu ergo per deos patrios Oedipe mihi obtemperans occule ea, lubens in urbem domumque paternam reversus.* Nec profecto aliter accipi verba ista possunt, etsi fatendum est, aliquid in ea sententia perversi inesse. Nam illa, οὐ γὰρ ἔστι τἀμφανῆ κρύπτειν, quum ad ea spectent, quae modo dixerat Creon, hunc habent sensum: *non possum non ea dicere, quae omnibus patent.* Quare aliquid offensionis in eo est, quod illud verbum κρύπτειν statim non de tacendis Oedipi malis, sed de amovendo adspectu eius usurpari videmus. Quod si quis τἀμφανῆ κρύπτειν vellet universe de occultanda eius miseria intelligere, augeretur etiam dicti perversitas: nam si non possunt manifesta celari, cur celare quae celari nequeunt iubetur Oedipus? Itaque ne haec quidem ratio satis commoda est. Non esset profecto mirum, si is, qui eum librum scripsit, unde nostri manarunt, quum verbum κρύπτειν animo eius ex praecedentibus obversaretur, huius verbi imperativum pro simili κάμψον posuisset: *flecte cursum*, i. e. muta sententiam, eodem modo, ut nos, *kehre um.* Sed tamen si recte se ha-

τοὺς σοὺς πατρῴους, τήνδε τὴν πόλιν φίλως
εἰπών. ἐπαξία γάρ. ἡ δ' οἴκοι, πλέον
δίκῃ σέβοιτ' ἄν, οὖσα σὴ πάλαι τροφός.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ πάντα τολμῶν, κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων
λόγου δικαίου μηχάνημα ποικίλον,
τί ταῦτα πειρᾷ, καί με δεύτερον θέλεις

---

bet κρύψον, ita statuendum est, non κρύπτειν et κρύψον sibi opponi, sed σύ νυν referri ad non expressum ἐμὲ in verbis οὐ γάρ ἐστι τἀμφανῆ κρύπτειν, hoc sensu: sed quum aperta celare ego nequeam, tu ea cela redeundo.

V. 764. Laur. A. δίκηι. Ac dativum restituit Turnebus, quum ante δίκη esset editum. Nominativum defendere conatus est Reisigius, sed ut Elmsleium non movit arguta eius disputatio, ita ne aliis quidem, opinor, persuadebit.

V. 765. Quod Suidas habet, ὦ πάντα σὺ τολμῶν, non ex h. l. sed ex Aristoph. Nub. 874. petitum est. Recte monuit Doederlinus, παντὸς non esse cum λόγου δικαίου iungendum, sed constructionem esse, ποικίλον μηχάνημα λόγου δικαίου φέρων ἂν ἀπὸ παντός, ex quavis re callide aliquam iustitiae speciem petere sciens. Vide v. 810.

V. 767. Laur. A. cum duplici accentu, πείρᾶι. Eo refertur scholiastae adnotatio, βαρυτόνως ἀναγνωστέον πεῖρα· οὕτω Δίδυμος. Obscurum est hoc Didymi iudicium, dubitarique potest, utrum seorsim interrogari, τί ταῦτα; an omnia continuari voluerit, ut πεῖρα significaret tentando. Certe quod libri habent κἀμέ, quomodo defendi possit non video. Unde servata vulgata lectione πειρᾷ, scripsi καί με.

ἑλεῖν, ἐν οἷς μάλιστ' ἂν ἀλγοίην ἁλούς;
πρόσθεν τε γάρ με τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς
νοσοῦνθ', ὅτ' ἦν μοι τέρψις ἐκπεσεῖν χθονός,
οὐκ ἤθελες θέλοντι προςθέσθαι χάριν.
ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος,
καὶ τοὐν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκύ,
τότ' ἐξεώθεις, κἀξέβαλλες· οὐδέ σοι
τὸ συγγενὲς τοῦτ' οὐδαμῶς τότ' ἦν φίλον.
νῦν τ' αὖθις ἡνίκ' εἰσορᾷς πόλιν τέ μοι
ξυνοῦσαν εὔνουν τήνδε, καὶ γένος τὸ πᾶν,
πειρᾷ μετασπᾶν, σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.
καίτοι τοσαύτη τέρψις ἄκοντας φιλεῖν,

V. 772. Elmsleius contra librorum fidem dedit ἦ pro ἦν. Vide praefationem nostram ad Oed. R. p. XXI. seq. Post hunc versum libri habent hunc, *καὶ μάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι*, quem Valckenarius ad Hippol. 1029. Musgravius, Vauvillersius e v. 439. male repetitum esse monuerunt, et iure eiecisse videntur Brunckius, Reisigius, Elmsleius. Nec videtur eum habuisse scholiastes.

V. 779. Plerique MSS. et omnes edd. ante Brunckium *καίτοι τοσαύτη*. Scholiastes: *καίτοι τοσαύτη τέρψις. καὶ σὺ οὖν βούλει με εὐεργετεῖν μὴ θέλοντα.* Brunckius dedit *τίς αὕτη*, quod est in codd. Par. B. T. Vat. Farn. coniectando repertum a Tyrwhitto. Receperunt Reisigius atque Elmsleius. At quamvis illa non inelegans et Tyrwhitti et ante eum veteris grammatici coniectura sit, tamen non opus erat veterum scripturam librorum mutari, modo coniunxissent interpretes haec verba cum sequentibus. Apertum est enim, non de eius voluptate loqui Oedipum, qui amet invitum, sed de illius, qui invitus ametur. Itaque hoc dicit: atqui invitos amare tanta

ὥςπερ τις εἴ σοι λιπαροῦντι μὲν τυχεῖν
μηδὲν διδοίη, μηδ' ἐπαρκέσαι θέλοι,
πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις, τότε
δωροῖθ', ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέροι·
ἆρ' ἂν ματαίου τῆςδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις;
τοιαῦτα μέντοι καὶ σὺ προςφέρεις ἐμοί,
λόγῳ μὲν ἐσθλά, τοῖσι δ' ἔργοισιν κακά.
φράσω δὲ καὶ τοῖςδ', ὥς σε δηλώσω κακόν.
ἥκεις ἔμ' ἄξων, οὐχ ἵν' εἰς δόμους ἄγῃς,
ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς· πόλις δέ σοι
κακῶν ἄνατος τῶνδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός.

---

illis, qui sic amantur, voluptas est, ut si quis tibi petenti nihil daret, impleto autem iis, quae peteres, ingratam obtruderet gratiam: nonne inanis haec esset voluptas? Non attenderant critici ad usitatissimam figuram, qua duplex apodosis protasin habet in medio. Vide ad Antig. 691. 1028. ad Philoct. 269. 454. ad Eurip. Bacch. 1060.

V. 782. Vulgo *χρῄζεις*. Quod recte in tertia ed. reposuit Brunckius, *χρῄζοις*, unus praebuit cod. Laur. B. unde recepit Elmsleius.

V. 783. Pro vulgato *φέρει* recte Elmsleius *φέροι* ex aliquot codd. quibus accedunt Laur. A. Ricc. B. in quibus id vulgato superscriptum est.

V. 789. *Πάραυλον* recte Elmsleius vicinum interpretatur, afferens Ai. 892. E scholiasta sua excerpsit Suidas.

V. 790. Brunckii membranae et edd. vett. *ἄνατος*. Quum quod sequitur *τῶνδ'*, quae est omnium librorum scriptura, obscurum videretur, credibile est grammaticos *ἄναιτος* excogitavisse, quod in plerisque codd. et ed. Turn. legitur. Glossa in Ricc. A. *ἤγουν ἀναίτιος*. Eodem spectat scri-

οὐκ ἔστι σοι ταῦτ'· ἀλλὰ σοὶ τάδ' ἔστ', ἐκεῖ

---

ptura cod. Vat. ἄνετος. Farn. αἴαντος. Laur. B. ἄναψος. Suidas e scholiasta: ἄναιτος· ἀβλαβής· καὶ ἀναιτίατος. Σοφοκλῆς· πόλις δέ σοι κακῶν ἄναιτος τῶνδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός. Scholiastes: πόλις δέ σοι. καὶ ἵνα ἡ Θήβη ἀβλαβὴς ἔσται ἐκ ταύτης τῆς γῆς. ἄναιτος δὲ ἀντὶ τοῦ ἀβλαβής, ἀναιτίατος. Hinc τῆςδε coniecit iam Scaliger, recepitque Brunckius, et nuper Reisigius. Probabat etiam Elmsleius ad Heracl. 106. ubi praeterea πόλις δὲ σὴ scribendum coniiciebat, sed in Oedipi editione servavit πόλις δέ σοι κακῶν ἄνατος τῶνδ'· etenim non temere reiiciendum esse τῶνδε, quod et Sophoclis libri omnes et Suidas habeant, quum obscuriora consectari poeta soleat: planius tamen et facilius fuisse τῆςδε. Vnde patet, scholiastae eum sequi explicationem, cui defendendae, si is τῶνδε, non τῆςδε legit, illud fortassis aliquis afferat, quod Graeci saepe pronomen illud alii ac proprie debebat nomini accommodant. At id h. l. propterea fieri non potuit, quia, nisi diserte τῆςδε χθονὸς dicatur, χθονὸς non potest non ad Thebanorum terram referri. Id ille vidit grammaticus, qui ἄναιτος invenit, quo sensus esset: ut tibi civitas immunis a culpa esset horum patriae tuae malorum. At non opus erat, ut propterea novum vocabulum fingeret. Nam χθονὸς etiam in vetere scriptura recte poterat ad Thebanam terram referri, et quidem duobus modis, uno, qui tamen duriorem habet constructionem, ἵνα πόλις κακῶν τῶνδε ἀπαλλαχθῇ, ἄνατος χθονός· ut civitas his malis liberaretur, sine damno patriae; altero, quem verum esse collocatio verborum ostendit, ἵνα πόλις ἀπαλλαχθῇ ἄνατος τῶνδε χθονὸς κακῶν, ut civitas evaderet immunis horum patriae malorum. Ἄνατος est ἄνευ ἄτης, ut hic ἄνευ

χώρας ἀλάστωρ οὑμὸς ἐνναίων ἀεί·
ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς
χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον, ἐνθανεῖν μόνον.

ἄτης κακῶν τῶνδε χθονός. Vsurpaturque nomen illud ob eam rationem et active, ut in Aeschyli Suppl. 361. 364. 415. et passive, ut in Agam. 1220. et in hoc Sophoclis loco, in quo quae κακὰ τάδε dicit Oedipus, mala sunt ab oraculo Thebanis praedicta.

V. 794. Brunckius ex Valckenarii coniectura ad Phoen. 1458. edidit τοσοῦτό γ'. Improbat Elmsleius, negans τοσοῦτο et τοιοῦτο dici a tragicis. Verius, ut mihi videtur, idem ad Aeschyli Prom. 800. in censura ed. Blomfieldii dixerat, rarius eos istis formis uti. Schaeferus exempla, quae vocabuli illius cum γὲ consociati attulit Valckenarius, nihil probare contendit, quod in iis particula ista non ad τοσοῦτο, sed ad praegressas alias particulas pertineat. At utcumque cum illis particulis cohaereat, non posset tamen collocari post τοσοῦτο, nisi ad hanc ipsam vocem referretur. Mirum vero, huiusmodi argumentis uti viros doctos maluisse, quam eo, quo solo uti debebant, quod in simplici rei finitione neque restrictioni neque intentioni locus est, ut aeque ineptum sit quidem atque adeo addi. Iidem viri docti falluntur, quum exemplis a Valckenario ad Hippol. 804. allatis moti, τοσοῦτον μόνον coniungenda censuerunt, quod fecit etiam Reisigius. Recte Brunckius distinctionem veterum librorum servavit, quam ipsa verborum collocatio veram esse arguit, ne quid de eo dicam, quod sic multo gravior fit oratio. Falsissima est enim illorum opinio, qui quod quibusdam in locis factum vident, fieri debuisse ubique existimant. Ad sententiam pariter et ad dicendi formam compara Aeschyli illud in Sept. ad Th. 737. χθόνα ναίειν

ἆρ' οὐκ ἄμεινον ἢ σὺ τὰν Θήβαις φρονῶ;
πολλῷ γ', ὅσῳπερ καὶ σαφεστέρων κλύω,
Φοίβου τε, καὐτοῦ Ζηνός, ὃς κείνου πατήρ.
τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα,
πολλὴν ἔχον στόμωσιν· ἐν δὲ τῷ λέγειν
κάκ' ἂν λάβοις τὰ πλεῖον' ἢ σωτήρια.

διαπήλας ὁπόσαν ἂν καὶ φθιμένοις κατέχειν, τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.

V. 796. Libri Tricliniani *ὅσῳπερ ἐκ σαφεστέρων.* Veteres *καὶ* pro *ἐκ.* Scholiastes: *ἐκ σαφεστέρων κλύω. ἀντὶ τοῦ, καὶ σαφέστερον οἶδα.*

V. 798. Affert hunc versum Suidas v. *ὑπόβλητον.*

V. 800. Musgravii coniecturae *λάκοις* Reisigius nihil se habere ait quod praeferat: quumque versu sequente in cod. Par. F. ad *πείθων* supra scriptum sit *πείθοντα*, hoc quoque vehementer probat. Nam quae Musgravii assensum tulit docti cuiusdam viri coniectura, *οἶσθα γάρ με ταῦτα μὴ πείθων*, ei recte obiicit, quod Creon ne venisset quidem, si scivisset frustra se venire. At longe a vera ratione huius loci et Musgravius aberravit, et Reisigius, qui negat se perspicere, quo pacto Creon plura ad suam ipsius perniciem comparata quam ad salutem dicere videatur: quare et *κακὰ* et *σωτήρια* ad Oedipum spectare putat. At quum paullo ante dixisset Oedipus, eo fine Creontem huc venisse, ut ab impendentibus quae oraculum praedixisset malis liberaret patriam suam, hoc nunc Creontis consilium respiciens ita loquitur: tu vero hic subornatus ades, valde acri cum oratione: sed dicendo quae consequere, maiorem partem mala, quam salutaria capies. Itaque eo tendit Oedipi oratio, ut moneat Creontem, dicendo quae statim refutari et ad aperiendam eius malitiam converti pos-

ἀλλ', οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι·
ἡμᾶς δ' ἔα ζῆν ἐνθάδ'. οὐ γὰρ ἂν κακῶς,
οὐδ' ὧδ' ἔχοντες, ζῷμεν, εἰ τερποίμεθα.

ΚΡΕΩΝ.

πότερα νομίζεις δυςτυχεῖν ἔμ' εἰς τὰ σά,
ἢ σ' εἰς τὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἐν τῷ νῦν λόγῳ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐμοὶ μέν ἐσθ' ἥδιστον, εἰ σὺ μήτ' ἐμὲ
πείθειν οἷός τ' εἶ, μήτε τούςδε τοὺς πέλας.

ΚΡΕΩΝ.

ὦ δύςμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανεῖ
φρένας πότ', ἀλλὰ λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφει;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

γλώσσῃ σὺ δεινός· ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ

---

sint, facturum ut damnum potius, quam aliquid salutare consequatur. Est autem salutare illud reditus Oedipi. Confirmat hanc interpretationem responsum Creontis. *Στόμωσιν* scholiastes, et ex eo Suidas, hunc Sophoclis locum citans, *δείνωσιν καὶ πανουργίαν* interpretantur.

V. 804. Sensum bene explicuit scholiastes: *ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ μὴ πείθεσθαί σε μᾶλλον σὺ δυςτυχεῖς ἢ ἐγώ.*

V. 808. Sensus est: ne temporis quidem diuturnitate ut saperes effectum videbimus, sed opprobrium vivis senectuti? Recte his verbis, quia *φανεῖ*, non *φαίνει* dictum, signum interrogationis apposuit Reisigius. Suidas: *λῦμα τῷ γήρᾳ στρέφῃ. ἀντὶ τοῦ ἀπαίδευτος εἶ.*

δίκαιον, ὅςτις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει.

ΚΡΕΩΝ.

χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλά, καὶ τὰ καίρια·

V. 811. Interpungitur in libris post δίκαιον. Apud Suidam v. γλώσσῃ legitur οὐδὲν in edd. vett. tum etiam ὅν τις in ed. Ald. et Bas. sed Mediolanensis ὅςτις. Explicatio addita eadem quae apud scholiastam: οἷον βουλόμενος ἐκ παντὸς δοκεῖν δίκαια λέγειν· sed apud scholiastam male ὃ pro οἷον scriptum. Sensus est: nullum ego novi iustum virum, qui ex omni caussa probabiliter dicendi materiam petat, i. e. non est viri iusti, omnem caussam, iustam atque iniustam, defendere. Vide Reisigii enarrationem p. 109. seq. qui apte comparat v. 1000. σὺ δ', εἶ γὰρ οὐ δίκαιος, ἀλλ' ἅπαν καλὸν λέγειν νομίζων, ῥητὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος.

V. 812. Particulas τὲ — καί etsi in sententia, qua non de duobus idem divisim, sed de ambobus coniunctim praedicatur, locum habere non putabat Elmsleius, tamen exemplis firmavit. Ac patet hoc genus latius, ut quum Pindarus dixit τρεῖς τε καὶ δέκ' ἄνδρας, aut Horatius, inter Hectora Priamiden, animosum atque inter Achillem, Serm. I. 7, 11. quod etsi bis ita ab illo dictum, tamen vehementer stomachum movit Bentleio. Porro Sophoclis libri omnes, καὶ τὰ καίρια. Apud Suidam, qui hunc et sequentem versum in v. χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα affert, legitur καὶ τὸ καίρια, quod probarunt Galakerus Misc. Adv. c. 1. p. 410. D. Heathius, Musgravius, Schaeferus, Elmsleius. Mihi recte videtur Sophoclis librorum scripturam defendisse Seidlerus ad Eurip. El. 429. quem est

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.

Reisigius sequutus. Nullum similius exemplum est, quam iste quem attulimus Aeschyli, nisi fallor, versus, cui Sophocleos adiunxit Suidas.

V. 813. In Sophoclis librorum scripturam conspirat etiam Suidas l. c. Sed particula *δὲ* offensui fuit criticis, ut Brunckius ex Toupii coniectura poneret, *ὡς δὴ σὺ βραχέα ταῦτα, κἂν καιρῷ λέγεις*, Reisigius autem, *ὡς δὴ σὺ βραχέα τ', αὐτὰ δ' ἐν καιρῷ λέγεις*. Bothius nihil nisi *δ'* in *τ'* mutavit. Elmsleius ordinem verborum hunc esse vult, *ὡς δὴ σὺ βραχέα (μὲν) ταῦτα, ἐν καιρῷ δὲ λέγεις*, comparatque Homericum illud, *παῦρα μέν, ἀλλὰ μαλὰ λιγέως*, et Euripidis in Danae VI. 3. *οὐ γὰρ ἡδονή, γυναικὶ δ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ*. Neutrum, neque omissio particulae, neque constructio ista in Sophoclis locum cadit. Nam si particulae omissio, sensus esset, quasi tu breviter quidem, sed apte dicas, i. e. quasi illa qua tu uteris brevitas cum apte dicendi virtute coniuncta sit. Atqui non minus ille multa loqui Oedipum, quam non apta dicere contendit. Sin constructio eadem quae apud Euripidem esset, male esset ea figura usus Sophocles, ubi non res ipsa statim doceret, ita verba esse construenda. Nihil indigemus his machinis, si quidem omnia plana sunt: quasi vero tu, inquit, pauca, illa pauca autem apte dicas. Nam quum Creon Oedipo dixisset, aliud esse multa loqui, aliud apta, quo significat non se multa, sed apta dicere, coniungit illa Oedipus, neutrumque ab illo fieri ait, tu scilicet, inquiens, brevis es, quae vero breviter, etiam apte dicis.

ΚΡΕΩΝ.

οὐ δῆθ᾽, ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄπελθ᾽, ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε, μηδέ με
φύλασσ᾽ ἐφορμῶν ἔνθα χρὴ ναίειν ἐμέ.

ΚΡΕΩΝ.

μαρτύρομαι τούσδ᾽, οὐ σέ. πρὸς δὲ τοὺς φίλους

V. 814. Apud Suidam v. χωρὶς legitur ὅτω γε νοῦς ἴσως, in ed. Mediolanensi. In caeteris edd. hic versus omissus.

V. 817. Veteres libri, edd. ante Brunckium, et Suidas v. μαρτύρομαι habent πρὸς δὲ τοὺς φίλους. Brunckius ex deterioris notae codd πρός γε dedit, plene interpungens post ῥήματ᾽, ut quae sequuntur verba cum aposiopesi dicantur. Ea aposiopesis etiam Musgravio in mentem venit, qui ἢν δ᾽ ἕλω ποτὲ coniecit. Reisigius in textum nihil a Brunckio nisi γε transtulit, in commentationibus autem, miratus quod Creon reum antestari videatur, offensusque etiam constructione verbi ἀνταμείβεσθαι cum particula πρός, scribi iubet, μαρτύρομαι τούσδ᾽, οὗ σύ, πρὸς δέ, τοὺς φίλους οἷ᾽ ἀνταμείβει ῥήματ᾽, ἤν σ᾽ ἕλω ποτέ. ut οὗ et οἷα, duplex relativum, coniungantur. Id sic interpretatur: hosce antestor, cuius rei gratia tu, atque insuper amicos qualibus redarguis dictis, ubi te cepero. Constructio quidem ista frequens Graecis, neque inusitata Latinis est: sed quis tamen illud οὗ divinabit cuius rei gratia, ac non potius ubi significare? Itaque iure repudiavit hanc coniecturam Elmsleius, qui tamen de πρὸς δέ, atque insuper, persuaderi sibi passus est. Hic vero quod contendit,

οἷ᾽ ἀνταμείβει ῥήματ᾽, ἤν σ᾽ ἕλω ποτέ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ᾽ ἄν με τῶνδε συμμάχων ἕλοι βίᾳ;

---

ordinem esse, *μαρτύρομαι τούσδε οἷα ῥήματα ἀνταμείβει· πρὸς δὲ (μαρτυροῦμαι) τοὺς φίλους* (i. e. Thebanos), *ἐάν ποτε ἕλω σε*, id non magis probari potest. Nam hoc quoque divinatione indiget, *τοὺς φίλους* Thebanos intelligendos esse. Et quis absentem antestatur? Nihil horum omnium verum est, sed recte se habet veterum scriptura librorum. *Μαρτύρομαι τούσδ᾽, οὐ σέ*, dicit, quia Oedipus pro Atheniensibus se respondere dixerat. Itaque ille, h o s, inquit, n o n t e, q u i i l l o r u m n o m i n e t e p u t a s q u i d q u a m p o s s e e d i c e r e, a n t e s t o r. Quid antestatur autem? Nempe iniuria se affici. Dein pergit: q u a l i a v e r o d i c t a a m i c i s r e s p o n d e s, s i t e u m q u a m c e p e r o, — reticens quod dicturus erat, h o r u m m i h i p o e n a s d a b i s. Nam iniuria ei fit, quod hinc se auferre iubetur ab Oedipo re infecta: ob id antestatur Athenienses: alterum est, quod etiam contumeliosis dictis cumulatur, quum affinis sit et amicus: id se minatur ulturum esse. Qui haerent in constructione verbi *ἀνταμείβει* cum illis, *πρὸς τοὺς φίλους*, non adtenderunt ad haec, *οἷα ῥήματα*, neque cogitarunt, nihil perversi aut inusitati esse, si quis pro illis verbis haec usurpet, *οἵους πρὸς τοὺς φίλους λόγους ἀνταμείβει.* Quamquam ne opus quidem est ista constructione, quum nihil impediat, quin *πρὸς τοὺς φίλους ἀνταμείβει* idem putetur esse, ac *πρὸς τοὺς φίλους λέγεις ἀνταμειβόμενος.* Caeterum omnia ac singula in hoc loco tuebitur geminus Homeri locus Iliad. *ά.* 338. *τὼ δ᾽ αὐτὼ μάρτυροι ἔστων πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων, καὶ πρὸς*

ΚΡΕΩΝ.

ἦ μὴν σὺ κἄνευ τοῦδε λυπηθεὶς ἔσει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίῳ σὺν ἔργῳ τοῦτ᾽ ἀπειλήσας ἔχεις;

ΚΡΕΩΝ.

παίδοιν δυοῖν σοι τὴν μὲν ἀρτίως ἐγὼ
ξυναρπάσας ἔπεμψα, τὴν δ᾽ ἄξω τάχα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤ μοι.

ΚΡΕΩΝ.

τάχ᾽ ἕξεις μᾶλλον οἰμώξειν τάδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τὴν παῖδ᾽ ἔχεις μού;

τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος· εἴποτε δ᾽ αὖτε χρειὼ ἐμεῖο γένηται ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι τοῖς ἄλλοις.

V. 820. Libri omnes *κἄνευ τῶνδε.* Non est verisimile, ita scripsisse Sophoclem, quia id nemo non ad *τῶνδε συμμάχων*, quod praecessit, relaturus esset. Itaque recepi Musgravii coniecturam *τοῦδε.* Ac legit ita, nisi fallor, scholiastes, apud quem sic scriptum videmus: *ἦ μὴν σὺ κἄνευ. καὶ χωρὶς τοῦ λαβεῖν σε εἰς Θήβας.*

V. 824. Brunckius *οἴμοι* propter *οἰμώξειν.* Quin Elmsleius *ᾤμοι* a tragicis abiudicandum censuit. Ego quidem etiam qui *ᾤμοι* clamet, recte dici *οἰμώξειν* puto.

V. 825. Libri *τήνδε γ᾽.* Correxeram multo ante, ut post fecerunt Bothius, Schaeferus, aliique.

ΚΡΕΩΝ.

τήνδε τ' οὐ μακροῦ χρόνου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἰὼ ξένοι, τί δράσετ'; ἦ προδώσετε;
κοὐκ ἐξελᾶτε τὸν ἀσεβῆ τῆςδε χθονός;

ΧΟΡΟΣ.

χώρει, ξέν', ἔξω θᾶσσον· οὔτε γὰρ τανῦν
δίκαια πράσσεις, οὔθ' ἃ πρόσθεν εἴργασαι.

ΚΡΕΩΝ.

ὑμῖν ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν
ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἴ μοι τάλαινα, ποῖ φύγω; ποίαν λάβω
θεῶν ἄρηξιν, ἢ βροτῶν;

ΧΟΡΟΣ. ά.

τί δρᾷς, ξένε;

ΚΡΕΩΝ.

οὐχ ἅψομαι τοῦδ' ἀνδρός, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς.

V. 826. Recte Brunckius ἦ, quod est in Laur. A. Par. F. Ricc. B. Librorum scripturam ἢ revocarunt Reisigius et Elmsleius. Ista coniecturalis interrogatio perlanguida est hoc loco.

V. 829. Temere Brunckius οὔτε pro οὔθ' ἅ, quod restituerunt Reisigius atque Elmsleius.

V. 831. *Πορεύσεται* cum edd. habent Par. A. Ricc. A. Caeteri codd. *πορεύεται*.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ γῆς ἄνακτες.

ΧΟΡΟΣ. β΄.

ὦ ξέν', οὐ δίκαια δρᾷς.

ΚΡΕΩΝ.

δίκαια.

ΧΟΡΟΣ. γ΄.

πῶς δίκαια;

ΚΡΕΩΝ.

τοὺς ἐμοὺς ἄγω.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

στροφή.

ἰὼ πόλις.

V. 835. Tantus in hac scena motus, tantaeque turbae sunt, ut dubitari nequeat, quin singulae hic chori personae suas seorsim partes agant. Idque vel dicta chori non idem prodentia ingenium indicant. Stationes autem habere chorum κατὰ στοίχους monui in praefat. ad Herc. fur. p. 22. Sed quum dicta chori numero sint septemdecim, planum est, unam duasve personas saepius loqui. Sunt illae haud dubie nona et decima. Stabant autem vel hoc modo:

θ΄.	β΄.	α΄.	γ΄.	ι΄.
ς΄.	δ΄.	η΄.	ε΄.	ζ΄.
ιγ΄.	ια΄.	ιε΄.	ιβ΄.	ιδ΄.

vel sic:

β΄.	θ΄.	α΄.	ι΄.	γ΄.
δ΄.	ς΄.	η΄.	ζ΄.	ε΄.
ια΄.	ιγ΄.	ιε΄.	ιδ΄.	ιβ΄.

ΧΟΡΟΣ. δ'.

τί δρᾷς, ὦ ξέν'; οὐκ ἀφήσεις; τάχ' εἰς
βάσανον εἶ χερῶν.

ΚΡΕΩΝ.

εἴργου.

ΧΟΡΟΣ. ε'.

σοῦ μὲν οὔ, τάδε γε μωμένου.

ΚΡΕΩΝ.

πόλει μάχει γάρ, εἴ τι πημαίνεις ἐμέ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ;

V. 841. In libris personae ita distinctae: *ΟΙ. πόλει μάχῃ γάρ, εἴ τι πημαίνεις ἐμέ. ΧΟ. οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ.* Zach. Mudgius permutabat harum personarum vices, cui adstipulati sunt Heathius et Musgravius. Iure miratur Reisigius, neminem vidisse priorem versum Creonti tribuendum esse. Nesciebat enim, a me id factum esse iam pridem. Eamque rationem egregie confirmari a scholiasta codd. Laur. A. et Par. A. qui ad *πόλει* adnotarunt *ταῖς Θήβαις*, scholiorumque editorem Romanum suopte iudicio *ταῖς Ἀθήναις* dedisse, docuit Elmsleius, qui dubitat verba *οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγὼ* utrum choro an Oedipo tribuenda sint. Non dubitasset, si comparasset antistropham. Et quo tandem sensu chorus ista dicat? Recte vero Oedipus, qui ea respicit, quae dixerat v. 659. seqq. Caeterum Porsonus in adversariis *μαχεῖ* et *πημανεῖς* scribendum putabat. Recepit haec Elmsleius, Reisigius autem solum *μαχεῖ*. Mihi non videtur mutatione opus esse.

V. 842. Vulgo: *ΚΡ. μέθες χεροῖν τὴν παῖδα*

ΧΟΡΟΣ. ϛ'.

μέθες χεροῖν
τὴν παῖδα θᾶσσον.

ΚΡΕΩΝ.

μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς.

ΧΟΡΟΣ. ζ'.

χαλᾶν λέγω σοι.

ΚΡΕΩΝ.

σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν.

ΧΟΡΟΣ. ή.

προβᾶθ' ὧδε, βᾶτε, βᾶτ', ἔντοποι.

θᾶσσον. ΧΟΡ. μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς. ΚΡ. χαλᾶν λέγω σοι. ΧΟΡ. σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν. προβᾶθ' ὧδε, etc. Personas male distinctas esse vidissent critici, si ad antistrophica attendissent, quorum ego monitu aliter vices descripsi. Fraudem fecerat librariis illud, σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν quod rectius in Creontem, quam in chorum dici videbatur. Vnde scholiastes adscripsit, ἀναχωρεῖν ἐντεῦθεν, ὦ Κρέων. At omnibus in linguis istiusmodi formula non aliam vim habet, quam ut abire quis viam suam iubeatur, quod est suas res, non aliorum, curare.

V. 845. MSS. et edd. vett. προβᾶθ' ὧδ', ἐμβᾶτε, quod servavit Reisigius. Triclinianorum scripturam recte receperunt Brunckius et Elmsleius, repudiato tamen, quod male in libris scriptum est, ἐντόπιοι, qua scriptura motus Triclinius in antistrophico versu, qui est 888. scripsit γᾶς τε πρόμοι. Vocat is, qui hic loquitur, incolas Coloni, ut suppetias veniant.

πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμά, σθένει.
προβᾶθ' ὧδέ μοι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀφέλκομαι δύστηνος, ὦ ξένοι, ξένοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποῦ, τέκνον, εἶ μοι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πρὸς βίαν πορεύομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὄρεξον, ὦ παῖ, χεῖρας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' οὐδὲν σθένω.

ΚΡΕΩΝ.

οὐκ ἄξεθ' ὑμεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τάλας ἐγώ, τάλας.

ΚΡΕΩΝ.

οὔκουν πότ' ἐκ τούτοιν γε μὴ σκήπτροιν ἔτι
ὁδοιπορήσεις· ἀλλ' ἐπεὶ νικᾶν θέλεις

V. 847. Male Tricliniani, προβᾶτέ μ' ὧδε, e metricorum correctione.

V. 848. Notabile est, quod ἀφέλκομαι δύστηνος in Triclinianis tantum libris est, in antiquis autem ἀφέλκομ' ὦ δύστηνος. Laur. B. ἀφελκόμεθ' ὦ δύστηνος.

V. 853. Sensum recte explicuit scholiastes: ἐκ

πατρίδα τε τὴν σὴν καὶ φίλους, ὑφ᾽ ὧν ἐγὼ

τῶν θυγατέρων, αἷς ὡς σκήπτροις ἐχρῆτο καὶ βακτηρίᾳ. Par. A. Ricc. A. cum editis ante Brunckium, *ὁδοιπορήσῃς.* Caeteri MSS. et Brunckius, *ὁδοιπορήσεις.* Coniunctivum revocarunt Reisigius atque Elmsleius, et hic quidem, quia futurum omnino repudiandum censet, de qua re et ad Med. 1120. dixit, et ad Oedipi Colonei v. 177. Reisigius autem, qui utrumque verbi modum, sed quodam cum discrimine, usurpari ad v. 398. contendit, non satis constitit sibi, quum hic coniunctivum, v. 1703. Br. autem, qui ipsi 1697. est, futurum, ut in re permanente, probavit. Nam id quidem quam maxime in verbum *ὁδοιπορήσεις* cadit, ut omnino hic praeferri futurum debeat. Falli enim Elmsleium in iis, quae de futuro dicit, vel illud demonstrat in Phoenissis v. 1584. *σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας, οὐ μήποτε, σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος, εὖ πράξειν πόλιν.* Vbi nullo pacto, quod ipsi placet, *πρᾶξαι* scribi potest. Quantum ego quidem in hac re, quae valde subtilis et saepe perambigua est, perspicio, coniunctivo aoristi locus est aut in eo, quod iam actum est, cuiusmodi exemplum Reisigius ad v. 398. ex Heraclidis v. 385. attulit, aliud ego indicavi in Philocteta v. 416. aut in re incerti temporis, sed semel vel brevi temporis momento agenda; praesentis autem coniunctivus in eo, quod iam fit, usurpatur, de quo dicemus ad v. 1028. Futuri vero usus, quem ipsa verbi forma non nisi in rebus futuris versari ostendit, ad ea pertinet, quae aut diuturniora aliquando eventura indicare volumus, ut hic *οὐ μὴ ὁδοιπορήσεις,* aut non aliquo quocumque, sed remotiore aliquo tempore dicimus futura esse. Licet id etiam Latine iisdem verbi modis exprimere, ut si, quod in Philocteta Helenus vaticinatur esse Graecis dicitur, *τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ᾽ ὡς οὐ μήποτε πέρ-*

ταχθεὶς τάδ' ἔρδω, καὶ τύραννος ὢν ὅμως,
νίκα. χρόνῳ γὰρ, οἶδ' ἐγώ, γνώσει τάδε,
ὁθούνεκ' αὐτὸς αὑτὸν οὔτε νῦν καλὰ
δρᾷς, οὔτε πρόσθεν εἰργάσω βίᾳ φίλων,
ὀργῇ χάριν δοὺς, ἥ σ' ἀεὶ λυμαίνεται.

ΧΟΡΟΣ.

ἐπίσχες αὐτοῦ, ξεῖνε.

ΚΡΕΩΝ.

μὴ ψαύειν λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

οὔ τοι σ' ἀφήσω, τῶνδέ γ' ἐστερημένος.

σοιεν, vel, ut Elmsleius scribendum putat, πέρσειαν, Latine vertas: quorum alterum, quod recta oratione dicendum est, οὐ μὴ πέρσουσιν, est non vereor ne capturi sint, i. e. vereor ut sint capturi, spectatque ad remotius tempus; alterum autem, quod est οὐ μὴ πέρσωσι, dicendum est, non vereor ne capiant, sive vereor ut capiant, et est temporis incerti, potestque vel statim vel olim futurum cogitari. Ita etiam quod supra legitur v. 173. οὔτοι μή ποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων, ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει, hoc sensu dici putandum est, non vereor ne te quisquam hinc abducturus sit: quod qui dicit, non praesens tempus respicit: nemo enim iam adest, qui abducere Oedipum conetur: sed futurum, si quis post aliquando ea mente accessurus sit. Quod si ἄκοντ' ἀγάγῃ τις diceret, quoniam id incerti temporis est, ambiguum esset, an statim id eventurum significaret.

V. 861. Brunckius ex coniectura ταῖνδέ γ', quod iure improbat Reisigius. Neque admisit Elmsleius.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
θήσεις. ἐφάψομαι γὰρ οὐ ταύταιν μόναιν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἐς τί τρέψει;

ΚΡΕΩΝ.

τόνδ' ἀπάξομαι λαβών.

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸν λέγεις.

ΚΡΕΩΝ.

ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται,
ἢν μή μ' ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φθέγμ' ἀναιδές, ἦ σὺ γὰρ ψαύσεις ἐμοῦ;

ΚΡΕΩΝ.

αὐδῶ σιωπᾶν.

V. 862. Ῥύσιον est pignus, res quae capta ab aliis, repetenda et vindicanda est ab iis, quibus erat ablata.

V. 865. Laur. A. B. Par. A. λέγοις. In Par. A. supra scriptum ει, ut οι in Par. F. Caeteri libri λέγεις. Credas scriptum olim fuisse λέγοις ἄν, siquidem ὡς non est in antiquis MSS. et edd. sed additum demum in Triclinianis.

V. 867. Libri veteres, ψαύεις, quod Reisigius recepit. Recte Triclinianam scripturam cum Brunckio praetulit Elmsleius.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες
θεῖέν μ' ἄφωνον τῆςδε τῆς ἀρᾶς ἔτι,
ὅς μ', ὦ κάκιστε, ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας
πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχει βίᾳ.
τοιγάρ σέ τ' αὐτὸν καὶ γένος τὸ σὸν θεῶν
ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος δοίη βίον
τοιοῦτον, οἷον κἀμέ, γηρᾶναί ποτε.

ΚΡΕΩΝ.

ὁρᾶτε ταῦτα, τῆςδε γῆς ἐγχώριοι;

V. 869. Legebatur τῆςδε γῆς ἀρᾶς. Brunckius, σοί γε τῆςδ' ἀρᾶς. Certatim viri docti viderunt τῆς reponendum esse. Reisigio tamen σῆς scribendum videtur.

V. 870. Ψιλὸν ὄμμα Reisigius Antigonam vocari putat, quod ipsa deserta et inermis sit. At id ab huius loci ratione alienum est, in quo Oedipi potius filia destituti misera sors commemoranda erat. Mihi poeta ita appellare puellam videtur, quod ea Oedipo oculus sit qui vix dici oculus possit. Ψιλὰ enim proprie ea dicuntur, quae detrita sunt iisque rebus destituta, quas quis maxime requirat. Vt recte possimus vilem oculum interpretari. Nos diceremus das armselige auge. Est enim illa oculus quidem, sed quia alienus, potissima carens virtute oculi, ut eo Oedipus et suo et semper et ut velit uti possit.

V. 872. Brunckius σέ τ' αὐτόν. Edd. ante eum et plerique vett. codd. σε καὐτόν. Laur. A. Par. F. σε χ' αὐτόν. Par. B. T. Vat. Farn. σέ γ' αὐτόν. Elmsleius revocavit σε καὐτόν. Reisigius scripsit σέ, καὐτόν. Mihi hoc exile videtur, recteque puto a Brunckio positum esse σέ τ' αὐτόν, quod plurima firmant ab Reisigio allata exempla.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὁρῶσι κἀμὲ καὶ σέ· καὶ φρονοῦσ' ὅτι
ἔργοις πεπονθώς, ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι.

ΚΡΕΩΝ.

οὔ τοι καθέξω θυμόν, ἀλλ' ἄξω βίᾳ,
κεἰ μοῦνός εἰμι, τόνδε, καὶ χρόνῳ βραδύς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀντιστροφή.

ἰὼ τάλας.

ΧΟΡΟΣ.

ὅσον λῆμ' ἔχων ἀφίκου, ξέν', εἰ
τάδε δοκεῖς τελεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

δοκῶ.

V. 877. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 39, 31. ἔργοις παθών, ῥήμασιν ἀμύνεται. Σοφοκλῆς. Affert hunc et praecedentem versum etiam Suidas v. ἀμυνόμενοι, ubi σ' omissum.

V. 879. Deteriores codd. τῶνδε. Pro plerorumque librorum scriptura βραδύς ed. Turn. et deterioris notae codd. βραχύς. Quod in scholiis scriptum, καὶ χρόνῳ βραδύς· γράφεται καὶ βαρύς, pro iis verbis membranae Laur. sic: τὸ παλαιὸν φησὶ βαρύ.

V. 883. Suidas: νέμω. νομιῶ. τήνδ' ἄρ' οὐκέτι νέμω πόλιν. Scholiastes: ταύτην δ' ἄρα οὐκέτι νομιῶ πόλιν, εἰ σὺ ἀπάξεις τοῦτον. Hinc Reisigius et Elmsleius pro librorum scriptura νέμω restituerunt νεμῶ. Eodem modo Aristophanes Acharn. 827. οὐ γὰρ φανῶ τοὺς πολεμίους;

ΧΟΡΟΣ.

τάνδ' ἄρ' οὐκ ἔτι νεμῶ πόλιν;

ΚΡΕΩΝ.

τοῖς τοι δικαίοις χὠ βραχὺς νικᾷ μέγαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται;

ΧΟΡΟΣ.

τά γ' οὐ τελεῖ.

* * * * *Ζεύς,*

V. 884. Hic versus apud Stobaeum XI. 13. sic scriptus legitur: *τοῖς τοι δικαίοις χρῶ. βραχὺς νικᾷ μέγαν.*

V. 885. Quae in libris Oedipo tributa sunt, Reisigius uni ex choro danda suspicatur. At repugnat antistrophicorum comparatio.

V. 886. Libri praebent versum parte truncatum, Creontis persona adscripta, *Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰδείη· σὺ δ' οὔ.* Mutilum esse, adnotavit iam Triclinius. Par. T. *εἰδοίη.* Farn. *εἰ δοίη.* Laur. A. a prima manu habuisse videtur *Ζεύς τ' ἂν εἰδείη.* Viri docti, qui alius aliter explere lacunam conati sunt, omnes in eo errarunt, quod in fine deesse aliquid rati sunt. Nam ex strophicis intelligitur, initium excidisse, idque continuandum esse ei ex choro, cuius praegressa sunt verba. Id igitur sic feci, ut solum nomen *Ζεύς* a Creontis dicto separarem. Vix enim puto dubitari posse, quin ille ex choro senex haec adiecerit verba: *εἰ δ' ἔστ' ἔτι Ζεύς*, additurus comminationem aliquam, quam antevertit Creon his verbis, *ταῦτ' ἂν εἰδείη, σὺ δ' οὔ.*

ΚΡΕΩΝ.

ταῦτ' ἂν εἰδείη, σὺ δ' οὔ.

ΧΟΡΟΣ.

ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';

ΚΡΕΩΝ.

ὕβρις· ἀλλ' ἀνεκτέα.

ΧΟΡΟΣ.

ἰὼ πᾶς λεώς, ἰὼ γᾶς πρόμοι,
μόλετε σὺν τάχει, μόλετ'· ἐπεὶ πέραν
περῶσ' οἵδε δή.

V. 889. Libri veteres, *ἐπεὶ πέραν περῶσι δή.* Tricliniani, *περῶσι δῆτα.* Brunckius *περῶσιν ἤδη.* Seidlerus de verss. dochm. p. 278. *ἐπεὶ περῶσιν ἤδη πέραν.* Reisigius edidit, *ἐπεὶ πέραν περῶσιν δίκης*, quod ad sententiam frigidius est, nec dici omnino ita potuit, nisi *πέρα* scriberetur. Mirum est, non modo Reisigium, sed ne Elmsleium quidem, qui ad h. l. nonnulla de adverbiis *πέραν* et *πέρα* attulit, quid ea differrent vidisse. *Πέραν* tantummodo de loco dicitur, et proprie expers est motus. *Πέρα* proprie motum significat, et saepe metaphorice usurpatur. Itaque hic *πέρα δίκης* dicendum fuisset, Aeschylus autem Ag. 1209. non potuit, ut Elmsleio videbatur, scribere, *πόντου πέρα τραφεῖσαν.* Pindarus si Nem. VII. 111. dixit, *εἴ τι πέραν ἀερθεὶς ἀνέκραγον*, ita loquutus est, quod id tanquam in loco, qui trans finem situs esset, cogitari volebat. Atticus scriptor id *πέρα* dixisset. Horum enim ea vox solorum propria est. Apud Sophoclem Martinus non male coniecit *περῶσιν σύδην.* Elmsleius edidit, *περῶσ' οἵδε δή.* Id ut veri simillimum recepi.

ΘΗΣΕΥΣ.

τίς ποθ' ἡ βοή; τί τοὔργον; ἐκ τίνος φόβου ποτὲ
βουθυτοῦντά μ' ἀμφὶ βωμὸν ἔσχετ' ἐναλίῳ θεῷ
τοῦδ' ἐπιστάτῃ Κολωνοῦ; λέξαθ', ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν,
οὗ χάριν δεῦρ' ᾖξα θᾶσσον ἢ καθ' ἡδονὴν ποδός.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατ', ἔγνων γὰρ τὸ προσφώνημά σου,
πέπονθα δεινὰ τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως.

ΘΗΣΕΥΣ.

τὰ ποῖα ταῦτα; τίς δ' ὁ πημήνας; λέγε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κρέων ὅδ', ὃν δέδορκας, οἴχεται τέκνων
ἀποσπάσας μοὺ τὴν μόνην ξυνωρίδα.

ΘΗΣΕΥΣ.

πῶς εἶπας;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἷά περ πέπονθ' ἀκήκοας.

ΘΗΣΕΥΣ.

οὔκουν τις ὡς τάχιστα προσπόλων μολὼν

V. 893. Ex Triclinianis codd. εἰδῶ a Brunckio repositum. Edd. ante eum et caeteri codd. male ἴδω.

V. 901. Affert haec Suidas v. σπεύδειν usque ad ῥυτῆρος, sed omittens et τις, quod tamen addit cod. Leid. et πρὸς τούσδε βωμούς.

πρὸς τούςδε βωμούς, πάντ' ἀναγκάσει λεὼν
ἄνιππον ἱππότην τε θυμάτων ἄπο
σπεύδειν ἄπο ῥυτῆρος, ἔνθα δίστομοι
μάλιστα συμβάλλουσιν ἐμπόρων ὁδοί,
ὡς μὴ παρέλθωσ' αἱ κόραι, γέλως δ' ἐγὼ
ξένῳ γένωμαι τῷδε, χειρωθεὶς βίᾳ.
ἴθ', ὡς ἄνωγα, σὺν τάχει. τοῦτον δ' ἐγώ,
εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον ἧς ὅδ' ἄξιος,
ἄτρωτον οὐ μεθῆκ' ἂν ἐξ ἐμῆς χερός.
νῦν δ' ὥςπερ αὐτὸς τοὺς νόμους εἰςῆλθ' ἔχων,

V. 904. Libri Tricliniani *ἀπαὶ ῥυτῆρος*. Antiqui autem et Suidas v. *βλαύτη* et *σπεύδειν* habent *ἀπὸ ῥυτῆρος*. Recte Reisigius Bastio duce in Epist. crit. p. 132. *ἄπο ῥυτῆρος* scripsit. Id Latini detractis frenis dicunt. Neque enim audienda alia apud scholiastam interpretatio.

V. 906. Edd. *ἐμῷ* ante Brunckium, qui ex duobus deterioris notae codd. quibus tamen alii boni libri accedunt, *ἐγὼ* reposuit. *Δ'* alii libri omittunt, alii *τ'* eius loco habent: sed praestat particula adversativa.

V. 909. Blomfieldius ad Persas v. 511. *δι' ὀργῆς ἧκον* locutionem inauditam esse ratus, *ἦλθον* scribi iubet. Minime hoc inauditum. Aeschylus Suppl. 483. *εἰ δ' αὖθ' ὁμαίμοις παισὶν Αἰγύπτου σέθεν σταθεὶς πρὸ τειχέων διὰ μάχης ἥξω τέλους.*

V. 910. Aliquot codd. *οὐκ ἀφῆκ' ἄν*, in iisque Laur. A. cuius tamen in margine vulgata scriptura posita est.

V. 911. Libri omnes *ὥςπερ*. Reiskius, Mudgius, Musgravius, Brunckius, Elmsleius, *οὕςπερ*. Mihi recte videtur Reisigius librorum scripturam conservasse, in qua nihil est, quod non recte sit et

τούτοισι, κοὐκ ἄλλοισιν ἁρμοσθήσεται.
οὐ γάρ ποτ' ἕξει τῆςδε τῆς χώρας, πρὶν ἂν
κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων·
ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως,
οὔθ' ὧν πέφυκας αὐτός, οὔτε σῆς χθονός·
ὅςτις δίκαι' ἀσκοῦσαν εἰςελθὼν πόλιν,
κἄνευ νόμου κραίνουσαν οὐδέν, εἶτ' ἀφεὶς
τὰ τῆςδε τῆς γῆς κύρι', ὧδ' ἐπειςπεσὼν,
ἄγεις θ' ἃ χρῄζεις, καὶ παρίστασαι βίᾳ.
καί μοι πόλιν κένανδρον ἢ δούλην τινὰ

---

more Graecorum dictum. Etenim non *τούτοισιν* referendum est ad *ὥςπερ*, sed intelligendum *οὕτω*.

V. 912. Codd. omnes, praeter Riccardianos, etsi ne de his quidem affirmat Elmsleius, *τούτοισι κοὐκ ἄλλοισιν*. Id recepit Reisigius. Edd. *τούτοισιν*, *οὐκ ἄλλοισιν*, quod servarunt Brunckius et Elmsleius. Praetuli scripturam codicum, quae, si *ὥςπερ* legitur, intellecto *οὕτω*, aptior videtur.

V. 913. Codd. nonnulli inepte, *ποθ' ἕξει* vel *ἕξῃ*. Glossa, *ἄψῃ*.

V. 915. Elmsleius, uti iam ad Heracl. 544. dixerat, mavult *κατάξια*. Magna haec mihi videtur iniuria, innocentibus adverbiis bellum indici. Num etiam in Oedipo R. 133. *ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σὺ πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν*, aut in Andromacha v. 1275. *ταῦτα δ' ἀξίως σαυτῆς τε ποιεῖς καὶ τέκνων τῶν ἐκ σέθεν*, et tot aliis similibus locis, quia etiam adiectivum adhiberi potuit, adverbia expulsum ibimus?

V. 920. Affert haec Suidas v. *παρίστασαι* usque ad *ἔδοξας εἶναι*, sinceras confirmans scripturas. Ed. Steph. et quaedam aliae, *ἄγεις τὰ χρῄζεις* et *περίστασαι*.

V. 921. *Κένανδρος πόλις, κένανδρος χώρα* ad-

ἔδοξας εἶναι, κἄμ' ἴσον τῷ μηδενί.
καίτοι σε Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν.
οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν.
οὐδ' ἄν σ' ἐπαινέσειαν, εἰ πυθοίατο
συλῶντα τἀμὰ καὶ τὰ τῶν θεῶν, βίᾳ
ἄγοντα φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια.
οὔκουν ἔγωγ' ἄν, σῆς ἐπεμβαίνων χθονός,
οὐδ' εἰ τὰ πάντων εἶχον ἐνδικώτατα,
ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος, ὅςτις ἦν, χθονός,
οὔθ' εἷλκον, οὔτ' ἂν ἦγον· ἀλλ' ἠπιστάμην
ξένον παρ' ἀστοῖς ὡς διαιτᾶσθαι χρεών.

---

notata in Bekkeri Anecd. p. 46, 9. Photius, *κένανδρον*, *κενὸν ἀνδρῶν*, emendatus ab Elmsleio, ex Aeschyli Persis v. 118.

V. 922. Edd. ante Brunckium *καί μ'*. Alterum aliquot codd. praebuerunt.

V. 923 Compara adnotata ad Philoct. 1345. Suidas v. *ἐκδίκους*, omissis *καίτοι γε*, affert, etiam in cod. Leid. *Θῆβαι δ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν*, simul cum sequente versu, cui continuat versus 933—935.

V. 926. Heathius et Vauvillersius post *τἀμά*, edd. fere post *τἀμὰ* et post *βίᾳ*, Brunckius, Reisigius, Elmsleius post *θεῶν* interpungunt, quae ratio vera videtur.

V. 927. Deest hic versus in cod. Farn.

V. 928. Quum edd. vett. et optimi codd. habeant *ἐπιβαίνων*, Elmsleius, licet dubitanter, coniicit, *σῆς ἂν ἐπιβαίνων*. Numeri monent, ut veram iudicemus Triclinianorum scripturam.

V. 932. Pro vulgato *ξεῖνον* Brunckius et Elmsleius dederunt *ξένον*, quod in solo est cod. Vat. puto etiam in Ven. qui cum illo ubique fere consentit, quum nihil diversitatis a Brunckii lectione

σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν
τὴν αὐτὸς αὑτοῦ, καί σ' ὁ πληθύων χρόνος
γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν.
εἶπον μὲν οὖν καὶ πρόσθεν, ἐννέπω δὲ νῦν,
τὰς παῖδας ὡς τάχιστα δεῦρ' ἄγειν τινά,
εἰ μὴ μέτοικος τῆςδε τῆς χώρας θέλεις
εἶναι βίᾳ τε κοὐχ ἑκών· καὶ ταῦτά σοι
τῷ νῷ θ' ὁμοίως κἀπὸ τῆς γλώσσης λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

ὁρᾷς ἵν' ἥκεις, ὦ ξέν'; ὡς ἀφ' ὧν μὲν εἶ,
φαίνει δίκαιος, δρῶν δ' ἐφευρίσκει κακά.

---

adnotatum sit. Schaeferus et Reisigius vulgatum revocarunt. Nulla hic caussa erat, cur *ξεῖνον* scriberet poeta. Nec tamen ita assentior Elmsleio, ut ubicumque per metrum ferri possit communis forma, alteram reiiciendam putem. Est enim, ubi quum metrum utramque formam ferat, Ionicam requirant numeri, ut in eo quod affert ex Iph. Taur. 798. *ξεῖν', οὐ δικαίως τῆς θεοῦ τὴν πρόςπολον χραίνεις*· quo loco si, ut ipsi placet, communis forma ponetur, male obscurabitur syllabae brevitate vis compellationis.

V. 933. Suidae cod. Leid. in v. *ἐκδίκους* habet, ut Martinus refert, *αἰσχυνεῖς πόλιν τὴν αὐτὸς αὐτοὶ αὑτοῦ.*

V. 934. Libri Tricliniani *πληθύνων*. Recte veteres libri et Suidas v. *ἐκδίκους* et *πληθύνουσι* habent *πληθύων*.

V. 938. Affert Suidas v. *μέτοικοι*.

V. 939. De particulis *τε — καὶ* v. ad Electr. 873.

V. 940. De formula *ἀπὸ γλώσσης* vide Blomfieldium in glossar. ad Aesch. Ag. 786.

V. 942. Male tres codd. *τ'*. Notanda liberior

ΚΡΕΩΝ.

ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγων,
ὦ τέκνον Αἰγέως, οὔτ' ἄβουλον, ὡς σὺ φής,
τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα· γιγνώσκων δ' ὅτι
οὐδείς ποτ' αὐτοὺς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι
ζῆλος ξυναίμων, ὥστ' ἐμοῦ τρέφειν βίᾳ.
ᾔδη δ' ὁθούνεκ' ἄνδρα καὶ πατροκτόνον
κἄναγνον οὐ δεξοίατ', οὐδ' ὅτῳ γάμοι

---

sententiae conformatio: nam exactior oratio esset, si dixisset, δρῶν δ', i. e. τοῖς ἔργμασιν, ἐφευρίσκει κακός. Verba ἀφ' ὧν μὲν εἰ non de maioribus Creontis, sed de civibus eius, Thebanis, qui etiam alibi hac in fabula laudantur, dicta sunt.

V. 945. Libri veteres male τό γ'. Vnus codex τότ'. In Triclinianis recte τόδ'.

V. 946. Iacobsius Animadv. in Eurip. p. 59. pro αὐτοῖς coniiciebat ἀστοῖς. Recte librorum scripturam tuetur Elmsleius simili loco in Bacchis v. 959. κόμιζε διὰ μέσης με Θηβαίας χθονός· μόνος γάρ αὐτῶν εἴμ' ἀνήρ, τολμῶν τάδε. Sed dativus αὐτοῖς, a Scaligero hic et Brunckio positus, in solo est cod. Laur. B. nisi forte etiam in Ven. ut ex quo nihil ad Brunckii librum adnotatum sit. Sed in Laurentiano illo correctoris manum habemus, ut ex v. 950. colligi potest. Caeteri scripti et impressi αὐτούς. Elmsleius comparat Iphig. A. 808. οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως τῆςδε στρατείας Ἑλλάδ', οὐκ ἄνευ θεῶν, si is locus recte se habeat, neque ille dativus sit, quae Porsoni erat in praef. ad Hec. p. 22. sententia. Videtur Sophocles more suo quod insolentius esset praetulisse.

V. 948. Ex antiquis libris ᾔδη pro Tricliniano ᾔδειν a Brunckio repositum.

V. 949. Duo codd. κἄνανδρον. Omnes δεξαίατ'.

ξυνόντες εὑρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων.
τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον
ἐγὼ ξυνῄδη χθόνιον ὄνθ᾽, ὃς οὐκ ἐᾷ
τοιούσδ᾽ ἀλήτας τῇδ᾽ ὁμοῦ ναίειν πόλει·
ᾧ πίστιν ἴσχων τήνδ᾽ ἐχειρούμην ἄγραν.
καὶ ταῦτ᾽ ἂν οὐκ ἔπρασσον, εἰ μὴ ᾽μοὶ πικρὰς
αὐτῷ τ᾽ ἀρὰς ἠρᾶτο καὶ τῷ ᾽μῷ γένει·
ἀνθ᾽ ὧν πεπονθὼς ἠξίουν τάδ᾽ ἀντιδρᾶν.
θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο πλὴν

Reisigius *δέξαιτ᾽ ἄν*, quod ad sententiam durius est quam Vauvillersii *δέξαιντ᾽ ἄν*. Quod Elmsleio, etiam mihi visum erat reponendum esse, *δεξοίατ᾽*. Is exempla quaedam harum formarum permutationis adiecit, in quibus tamen nolim Aiac. v. 304. commemorari, quo loco mihi satis defendisse aoristum videor.

V. 950. Neque opus est mutatione et male coniecerunt Reiskius *τέκνῳ*, Musgravius *τοκέων* vel *τέκνοις*. Nam *γάμοι τέκνων* matris cum filio connubium intelligendum est, verbis universe eiusmodi incestum significantibus.

V. 952. *Ξυνῄδη* pro *ξυνῄδειν* Brunckio debetur. *Χθόνιον* hic patet pro *ἐγχώριον* dictum esse.

V. 955. Libri *μή μοι*. Scripsi *μὴ ᾽μοί*. Vulgatum nescio an ne tum quidem satis defendi possit, si sumas voluisse Creontem dicere, *εἰ μή μοι τῷ παντὶ γένει ἀρὰς ἠρᾶτο*.

V. 958. Vulgo *θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν*. Soli Par. A. et Ricc. A. (Ricc. B. finitur versu 858.) *θυμοῦ γὰρ οὐδέν ἐστι γῆρας*, quod recepit Brunckius, et politius esse iudicant Doederlinus ac Reisigius. Apud Suidam, qui v. *θυμὸς* hunc et sequentem versum affert, legitur, *θυμοῦ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἄλλο γῆρας πλὴν θανεῖν*.

θανεῖν· θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται.
πρὸς ταῦτα πράξεις οἷον ἂν θέλῃς· ἐπεὶ
ἐρημία με, κεἰ δίκαι' ὅμως λέγω,
σμικρὸν τίθησι· πρὸς δὲ τὰς πράξεις ὅμως,
καὶ τηλικόσδ' ὤν, ἀντιδρᾶν πειράσομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ λῆμ' ἀναιδές, τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς,
πότερον ἐμοῦ γέροντος, ἢ σαυτοῦ, τόδε;
ὅςτις φόνους μοι, καὶ γάμους, καὶ ξυμφορὰς
τοῦ σοῦ διῆκας στόματος, ἃς ἐγὼ τάλας
ἤνεγκον ἄκων. θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον,
τάχ' ἄν τι μηνίουσιν εἰς γένος πάλαι.
ἐπεὶ καθ' αὑτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ
ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδέν, ἀνθ' ὅτου
τάδ' εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμούς θ' ἡμάρτανον.
ἐπεὶ δίδαξον, εἴ τι θέςφατον πατρὶ
χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ', ὥςτε πρὸς παίδων θανεῖν,
πῶς ἂν δικαίως τοῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοί,
ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός,

V. 969. Schaeferus, „particulae", inquit „*ἐκ* „*παραλλήλου* positae: cave enim *ἂν* iungas par- „ticipio *μηνίουσιν.*" Placet ille sibi in hac opinione, quam saepius iteravit. Elmsleius suspicatur *τάχ' οὖν* scribendum esse. Nihil mutandum, neque vero putandum *ἂν* non esse cum participio constructum. Nam si resolves, habebis, *οἳ τάχ' ἄν τι μηνίοιεν.*

V. 972. Cod. Vat. *τάδ' εἰς ἐμαυτὸν εἰς θεοὺς ἡμάρτανον.* E Ven. qui alias cum Vat. consentit, nihil adnotatum.

V. 976. *Οὔτε* Brunckius in *οὔ τι* mutaverat. Librorum scripturam satis tuentur, quae Schae-

οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦν;
εἰ δ' αὖ φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην,
εἰς χεῖρας ἦλθον πατρὶ καὶ κατέκτανον,
μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων, εἰς οὕς τ' ἔδρων,
πῶς γ' ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;
μητρὸς δέ, τλῆμον, οὐκ ἐπαισχύνει γάμους
οὔσης ὁμαίμου σῆς μ' ἀναγκάζων λέγειν,
οἵους ἐρῶ τάχ'. οὐ γὰρ οὖν σιγήσομαι,
σοῦ γ' εἰς τόδ' ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα.
ἔτικτε γάρ μ', ἔτικτεν, ὤ μοί μοι κακῶν,

---

ferus ad Lamb. Bos. p. 228. s. attulit. Deinde edd. vett. et codd. quidam πᾶς. Alii codd. πως, quod recepit Reisigius, nervosius esse ratus. Recte Brunckius Elmsleiusque ex edd. Triclinianis πω dederunt.

V. 977. Deteriores codd. ἔσχον, quod esset nactus eram.

V. 981. Omnes libri πῶς γ' ἄν, nec nisi unus τότ' ἆκον, alius τόδ' ἆκον, quod recepit Reisigius, argutius de particula γὲ disputans. Eam Elmsleius quod in interrogatione non ferendam putabat, πῶς ἂν τό γ' ἆκον edidit. Satis dixi hac de re ad Philoct. 439.

V. 982. Aliquot codd. τλήμων.

V. 983. Par. F. ἀναγκάζειν, supra scripto ad ultimam syllabam ω.

V. 985. Dubitat Elmsleius, utrum εἰς τόδ' ἀνόσιον στόμα coniungenda sint, ad hunc impium sermonem, an εἰς τόδε sit pro ἕως τούτου accipiendum, ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα autem idem loquendi genus sit, ut v. 1086. θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα et v. 1153. συμβαλοῦ γνώμην At illa diversi generis sunt, nec dubitandum videtur, quin εἰς τόδε στόμα coniungi debeant.

οὐκ εἰδότ᾽ οὐκ εἰδυῖα· καὶ τεκοῦσά με,
αὑτῆς ὄνειδος παῖδας ἐξέφυσέ μοι.
ἀλλ᾽ ἓν γὰρ οὖν ἔξοιδα, σὲ μὲν ἑκόντ᾽ ἐμὲ
κείνην τε ταῦτα δυστομεῖν· ἐγὼ δέ νιν
ἄκων ἔγημα, φθέγγομαί τ᾽ ἄκων τάδε.
ἀλλ᾽ οὐ γὰρ οὔτ᾽ ἐν τοῖσδ᾽ ἀκούσομαι κακὸς
γάμοισιν, οὔθ᾽ οὓς αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι
φόνους πατρῴους, ἐξονειδίζων πικρῶς.
ἓν γάρ μ᾽ ἄμειψαι μοῦνον, ὧν σ᾽ ἀνιστορῶ.
εἴ τίς σε τὸν δίκαιον αὐτίκ᾽ ἐνθάδε
κτείνοι παραστάς, πότερα πυνθάνοι᾽ ἂν, εἰ
πατήρ σ᾽ ὁ καίνων, ἢ τίνοι᾽ ἂν εὐθέως;

V. 990. Aliquot codd. *διστομεῖν*, quod est etiam in editis, praeter Iunt. sec. quae cum aliis codd. *δυστομεῖν* habet, quemadmodum Canterus et Grotius scribendum indicarunt. Id Brunckius *δυςστομεῖν* scripsit, cui Elmsleius opponit, *δύστηνος* scribi, quod secundum illam rationem *δύςστηνος* scribendum esset, quia *ἄστηνος* servaverit Etym. M. p. 159, 11. Levitatem Brunckio exprobrat Reisigius, qui quem affert, Sylburgii locum ad Apollon. de syntaxi, non ubi ipse indicavit, sed p. 380, 36. legitur. Credam ego quidem illa fere simplici *σ* scribi solita esse, sed vereor ne pronunciata fuerint duplici, nisi ubi multo usu, ut in *δύστηνος*, derivatio non respiciebatur, neque ambiguitas erat, quae in *προστάς* aliisque.

V. 991. Vat. et Ven. soli *ἄκων τ᾽*, quod libenter admitteret Elmsleius, si plurium meliorumque librorum fide niteretur.

V. 993. Codd. quidam *ἐμφερεῖς*, unus *ἐμφορᾷς*, in Laur. A. supra scriptum, unde illa nata, *ἐμφορεῖς*.

δοκῶ μέν, εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον
τίνοιτ' ἄν, οὐδὲ τοὔνδικον περιβλέποις.
τοιαῦτα μέντοι καὐτὸς εἰσέβην κακά,
θεῶν ἀγόντων· οἷς ἐγὼ οὐδὲ τὴν πατρὸς
ψυχὴν ἂν οἶμαι ζῶσαν ἀντειπεῖν ἐμοί.
σὺ δ', εἶ γὰρ οὐ δίκαιος, ἀλλ' ἅπαν καλὸν
λέγειν νομίζων, ῥητὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος,
τοιαῦτ' ὀνειδίζεις με τῶνδ' ἐναντίον.
καί σοι τὸ Θησέως ὄνομα θωπεῦσαι καλόν,
καὶ τὰς Ἀθήνας, ὡς κατῴκηνται καλῶς·
κᾆθ' ὧδ' ἐπαινῶν πολλά, τοῦδ' ἐκλανθάνει,
ὁθούνεκ' εἴ τις γῆ θεοὺς ἐπίσταται
τιμαῖς σεβίζειν, ἣ δὲ τοῦθ' ὑπερφέρει·
ἀφ' ἧς σὺ κλέψας τὸν ἱκέτην γέροντ' ἐμέ,
αὐτόν τ' ἐχείρου, τὰς κόρας τ' οἴχει λαβών.
ἀνθ' ὧν ἐγὼ νῦν τάςδε τὰς θεὰς ἐμοὶ
καλῶν ἱκνοῦμαι καὶ κατασκήπτω λιταῖς,
ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους θ', ἵν' ἐκμάθῃς

V. 999. Nihil variant libri in φιλεῖς, etsi propter caeteros optativos hic φιλοῖς exspectari poterat. Sed dixit φιλεῖς, quia id non ut dubium, illiusque quod fingit facti proprium, sed ut certum omnique tempore idem cogitat.

V. 1008. Laur. B. κατῳκίσθαι.

V. 1011. Edd. Triclinianae ἥδε τοῦδ', quod interpretantur, haec huius Thesei terra. Edd. vett. εἰ δὲ τοῦδ'. Laur. A. ἧδε τοῦδ'. Laur. B. ἥδε τοῦθ', ut Brunckius ex Par. A. edidit, in quo est ἡ δὲ τοῦθ', supra scripto δ'. Et hic quidem liber recte etiam quod ad pronomen ἣ δὲ attinet, si accentum excipias. Vide ad Philoct. 86.

V. 1016. Edd. ἀρωγοὺς ξυμμάχους, sine copula. Sic etiam codd. nisi quod συμμάχους habent. In

οἵων ὑπ' ἀνδρῶν ἥδε φρουρεῖται πόλις.

ΧΟΡΟΣ.

ὁ ξεῖνος, ὦ 'ναξ, χρηστός· αἱ δὲ συμφοραὶ
αὐτοῦ πανώλεις, ἄξιαι δ' ἀμυνάθειν.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἅλις λόγων· ὡς οἱ μὲν ἐξηρπασμένοι

---

solo Par. F. supra scriptum ϑ. Ex eo igitur codice Reisigius ξυμμάχους ϑ' edidit. Ita ego pridem ex coniectura. Omnino enim necessaria est copula: viditque etiam Blomfieldius in glossar. Aeschyli Pers. ad v. 520. Aliter sentit Elmsleius, sed quod ille affert ex Rheso v. 637. ἐγὼ δὲ τῷδε σύμμαχος Κύπρις δοκοῦσ' ἀρωγὸς ἐν πόνοις παραστατεῖν, σαθροῖς λόγοισιν ἐχθρὸν ἄνδρ' ἀμείψομαι, tam diversum est ab hoc loco quam quod maxime. Sunt illa Minervae verba, quae Paridi fraudem factura, hoc dicit: ego, Venus illi, quae socia eius est, servatrix adstare visa, inanibus eum dictis ludam.

V. 1019. Elmsleius ἀμυναθεῖν. Vide ad Antig. 1083. Si τελέθειν, μινύθειν, φθινύθειν, aliique huiusmodi infinitivi certo praesentis temporis sunt, quod talia ut μινύθουσιν v. 692 evincunt, ne caeteros quidem, qui horum similes sunt, labefactare debebimus.

V. 1020. Par. A. Ricc. et fortasse Laur. B. ἐξηρπασμένοι, ut impressi. Caeteri MSS. ἐξηρπασμένην. Burtonus ἐξηρπασμένοι active dictum putabat: sed recte monet Elmsleius, τοὺς ἐξηρπασμένους esse puellas, ad pluralem transferens, quae ego ad Vigerum not. 50. de singulari dixi. Docere potest hic locus, non temere negligendam esse rectam, etsi non vulgo probatam accentuum

σπεύδουσιν· ἡμεῖς δ' οἱ παθόντες ἕσταμεν.

ΚΡΕΩΝ.

τί δῆτ' ἀφαυρῷ φωτὶ προςτάσσεις ποιεῖν;

ΘΗΣΕΥΣ.

ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δ' ἐμὲ

---

rationem, siquidem aliud est οἱ μὲν ἐξηρπασμένοι, aliud οἱ μὲν ἐξηρπασμένοι σπεύδουσι, quorum alterum est rapti festinant, alterum hi festinant rapti.

V. 1022. Libri omnes ἀμαυρῷ. A Turnebo adnotatum ἀφαυρῷ, quod hic malebat legi H. Stephanus, recepitque Brunckius. Vulgatum servavit Elmsleius cum Reisigio, qui mihi quidem levius curasse huius verbi potestatem videtur. Recte observavit Doederlinus in Act. Monac. I. p. 60. ubi Oedipo tribuat Sophocles ἀμαυρὸν κῶλον, ἀμαυρὰς χεῖρας, caecitatem respici. Et quamquam hic illic et ἀμαυροῦν debilitare, et ἀμαυρὸς debilis verti possit, tamen ubi sic usurpantur verba illa, nihil impedit quin etiam proprie obscurare et obscurum dicere liceat, ut in Herc. fur. 125. ὅτου λέλοιπε ποδὸς ἀμαυρὸν ἴχνος, et v. 231. γήραι δὲ τρομερὰ γυῖα κἀμαυρὸν σθένος. Itaque ἀμαυρὸν φῶτα vereor ne non magis de debili viro, nisi aliquid aliud addatur, accipi possit, quam si Latine obscurum virum dicas. Videturque id confirmari Andromachae Euripideae versu 203. αὐτή τ' ἀμαυρά, κοὐ τύραννος ἦν Φρυγῶν. Quare ἀφαυρῷ apud Sophoclem praeferendum duxi, licet nec magna auctoritate munitum, nec, quod sciam, alibi apud tragicos repertum.

V. 1023. Libri omnes πομπὸν δέ με. Heathius coniiciebat δέ μοι, Brunckius edidit δ' ἐμοί. Schaeferus sensum horum verborum esse putat: ego

χωρεῖν, ἵν', εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖσδ' ἔχεις
τὰς παῖδας, ἥκων αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί·
εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν.
ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες, οὓς οὐ μή ποτε
χώρας φυγόντες τῆσδ' ἐπεύχωνται θεοῖς.

---

vero tibi comes esse volo. Cui Elmsleius, qui Heathii coniecturam probat, hoc Euripidis opponit in El. 669. *ΟΡ. στείχοιμ' ἄν, εἴ τις ἡγεμὼν γίγνοιθ' ὁδοῦ. ΠΡ. καὶ μὴν ἐγὼ πέμποιμ' ἂν οὐκ ἀκουσίως.* Erfurdtius ad Soph. Trach. 615. *πομπόν με* active pro *πέμποντά με*, dictum censebat, ut *σὲ φύξιμος* et alia, quorum simillimum est *χοὰς πρόπομπος* in Aeschyli Choeph. 21. Sed ita scribi deberet *πομπόν τέ με*. Recte vero Schaeferus, nisi quod *δ' ἐμὲ* scribendum. Viam, inquit, illuc te monstrare volo, comitem autem praefectumque itineri me ire.

V. 1025. Libri, *τὰς παῖδας ἡμῶν, αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί.* Primus in genitivo *ἡμῶν* haesit Bothius. Vt defendi possit illud *ἡμῶν*, tamen vix sibi persuadeat aliquis, sic maluisse Sophoclem scribere, quam *ἡμῖν*, quod Elmsleius ad Bacch. 217. coniecit, et postea textui intulit. Mirum tamen, quod libri omnes in genitivo consentiunt. Nam quod affert Elmsleius, v. 99. eos casus commutatos inveniri, nihil ad rem, quia ibi utrique locus est. Nec valde placet *ἡμῖν* in fine positum. Itaque scribendum putavi *ἥκων αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί*, quod refertur ad *ἐν τόποισι τοῖσδε.*

V. 1026. *Ἐγκρατεῖς* recte interpretatur Elmsleius de ministris Creontis, qui potiti puellis evaserint.

V. 1028. In plerisque MSS. *ἐπεύχονται*, nominatim in Laur. A. B. Par. A. qui a correctore coniunctivum habet, Par. F. Ricc. Sic etiam edd. Iuntinae et Francofurtana a 1555. Caeterae edd.

ἀλλ᾽ ἐξυφηγοῦ· γνῶθι δ᾽ ὡς ἔχων ἔχει,
καί σ᾽ εἷλε θηρῶνθ᾽ ἡ τύχη· τὰ γὰρ δόλῳ

---

cum codd. Vat. Ven. Farn. Par. B. T. *ἐπεύχωνται*, sed in B. et T. supra scriptum *ξ*. Brunckius *ἐπεύξονται*, Reisigius *ἐπεύξωνται* dedit. Hoc unice probat Elmsleius, qui tamen affert Xenoph. Anab. II. 2, 12. *οὐκ ἔτι μὴ δύνηται βασιλεὺς ἡμᾶς καταλαβεῖν*, et in Hierone 11, 15. *οὐ μή σοι δύνωνται ἀντέχειν οἱ πολέμιοι.* Ego quidem quid de hac constructione sentirem, iam ad Elmsleii Medeam v. 1120. dixi. Nam quum illud *οὐ μὴ* fere semper ad futura referatur, non est mirum, adiungi plerumque vel aoristi coniunctivum, vel futurum. Sed si dicendum est, non esse metuendum, ne nunc, dum loquimur, iam sit aliquid, consentaneum est, praesens adhiberi. Quare sic existimo, aptissime hic legi *ἐπεύχωνται*, hoc sensu: alii eos persequuntur, quos quod effugerint non est metuendum ne iam diis gratias agant. Iam enim captos esse debere raptores significat. Quod si *ἐπεύξωνται* vel *ἐπεύξονται* scribetur, captum iri eos indicaret. In Xenophontis quidem locis ad rem futuram spectat *δύνηται* et *δύνωνται*, sed in Anabasi ita videtur loquutus esse scriptor, ut rem praesentem fingeret, more historicorum. In Hierone autem etiam debuit, nisi fallor, ita loqui, quia de eo, quod semper omnique tempore ita est, scribit. Sic enim dicit: *καὶ τούτους πάντας πειρῶ νικᾶν εὖ ποιῶν. ἐὰν γὰρ τοὺς φίλους κρατῇς εὖ ποιῶν, οὐ μή σοι δύνωνται ἀντέχειν οἱ πολέμιοι.* Sed moveat fortasse aliquem in Sophoclis loco optimorum librorum scriptura *ἐπεύχονται*, ut quaerat an etiam indicativo in tali quidem caussa uti liceat. Nam quum in re, quam esse credimus, *μὴ* cum indicativo construatur, de quo genere disputavi ad Elmsleii

τῷ μὴ δικαίῳ κτήματ' οὐχὶ σώζεται.
κοὐκ ἄλλον ἕξεις εἰς τόδ'· ὡς ἐξοῖδά σε

Medeam v. 310. videatur fortasse id etiam in *οὐ μὴ* cadere, ut quod sit *οὐ δεινόν, μή*. Attamen videtur huic suspicioni illud obstare, quod negativae sententiae alia est quam affirmativae ratio. Ita illud in Odyss. ἑ. 300. *δείδω, μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν*, est puto deam vera dixisse, idque metuo. Iam fac dicere id aliquem *οὐ δείδω*, erit illud putantis deam non dixisse vera. Is ergo quomodo, quod non putat factum esse, ut factum per indicativum dicere potest? Immo debebit ille coniunctivo uti, ut indicet se non metuere, ne sit illud, quod ea ipsa caussa, quia non esse credit, non metuit. Caeterum Spaldingii coniecturam *θεούς*, laudatam Heindorfio ad Plat. Soph. p. 341. improbavit Reisigius in Coniect. in Aristoph. I. p. 298. qui interpretatur gloriabuntur diis. At sensus est horum verborum, quem ad Euripidis Medeam l. c. indicavi, diis gratias agant. Idque etiam Mudgius atque Elmsleius viderunt.

V. 1031. *Κτήματα* constructum ut si esset participium passivi, acquisita iniusto dolo.

V. 1032. Brunckius ex B. T. *τάδ'*. Recte caeteri libri *τόδ'*, i. e. *τὸ σώζεσθαι*, ut observat Reisigius. Sententia haec est: non habebis ad id alium, quo adiutore has puellas in potestate tua retineas: nam scio te non solum sine armata manu istud ausum esse: quare providere me decet, i. e. ipsum quoque cum armatis egredi, ne ab uno homine haec universa civitas decipiatur. Significat enim Theseus, inania illum sperare, si putet se ipsi ereptum iri per armatos, quos in insidiis locatos habeat: nam prospectum esse ne id fiat,

οὐ ψιλόν, οὐδ' ἄσκευον ἐς τοσήνδ' ὕβριν
ἥκοντα τόλμης τῆς παρεστώσης τανῦν.
ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε.
ἃ δεῖ μ' ἀθρῆσαι, μηδὲ τήνδε τὴν πόλιν
ἑνὸς ποιῆσαι φωτὸς ἀσθενεστέραν.
νοεῖς τι τούτων, ἢ μάτην τανῦν τέ σοι
δοκεῖ λελέχθαι, χὤτε ταῦτ' ἐμηχανῶ;

ΚΡΕΩΝ.

οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἐνθάδ' ὢν ἐρεῖς ἐμοί·
οἴκοι δὲ χἠμεῖς εἰσόμεσθ' ἃ χρὴ ποιεῖν.

ΘΗΣΕΥΣ.

χωρῶν ἀπείλει νῦν· σὺ δ' ἡμὶν, Οἰδίπους,
ἕκηλος αὐτοῦ μίμνε, πιστωθεὶς ὅτι,
ἢν μὴ θάνω 'γὼ πρόσθεν, οὐχὶ παύσομαι,
πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὄναιο, Θησεῦ, τοῦ τε γενναίου χάριν,
καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐνδίκου προμηθίας.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά.

Εἴην ὅθι δαΐων
ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ

---

quia ineptum sit credere non venisse illum cum armata manu.

V. 1042. Verba *ἀπείλει νῦν* affert Eustathius p. 694, 30. (573, 51.)

V. 1049. Proprie dictum *ἐπιστροφαί*, quod qui se cum puellis recipiebant Thebani, in Athenienses a tergo irruentes sese convertere debebant.

τὸν χαλκοβόαν Ἄρη
μίξουσιν, ἢ πρὸς Πυθίαις,
ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς,
οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη
θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα

V. 1051. Elmsleio videbantur *Πύθιαι ἀκταὶ* posse Marathoniae intelligi. At recte monet Reisigius, Marathonis eum situm esse, ut istuc nullo pacto iter flectere Thebani potuerint. Ac ne apparet quidem, unde scholiastes tradiderit, aram dici Pythii Apollinis, quae esset Marathone. Quae enim ex Philochoro affert, in iis bis Pythium Oenoae commemoratur, Marathonis autem Delium. Itaque recte de fano ad Oenoam, quam in confiniis Atticae et Boeotiae sitam dicit Thucydides II. 18. cogitandum esse vidit Reisigius, cui tamen non in eo accesserim, quod ripas dici ignobilis cuiusdam fluvii putat, sed loquitur Sophocles, ut poeta, minus proprie, tractum illum ad littus in mente habens, in quo et Eleusis est, et longius a mari remotum Pythium. De Eleusiniorum sacrorum taedis satis constat. Inde littus Eleusinium *λαμπάδες ἀκταί.*

V. 1053. Libri *σεμναί*, quod correxit Brunckius, taciteque fecerat Valckenarius ad Hippol. 25.

V. 1054. Perambigua est horum verborum explicatio. Reisigius *ὧν* ad *πότνιαι*, *γλῶσσα* ad *Εὐμολπιδᾶν* videtur retulisse, qui scribat: „i. e. „quae silentio sacro continent suorum ora mini- „strorum.“ Sed licet etiam ad *τέλη* aut ad *θνατοῖσιν* referri *ὧν*, praetereaque cum *Εὐμολπιδᾶν* vel *κλῇς* coniungi potest, vel *γλῶσσα*, vel verba illa, *προσπόλων Εὐμολπιδᾶν*, ita intelligi, ut significent *προσπόλων ὄντων τῶν Εὐμολπιδῶν.* Quid ex his verum sit, partim ex re ipsa, partim ex

κλῇς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν
προςπόλων Εὐμολπιδᾶν·
ἔνθ᾽ οἶμαι ὀρειβάταν ἐγρεμάχαν

---

linguae legibus, partim ex natura sermonis poetici iudicandum. Atque tacendi de arcanis officium non proprium erat Eumolpidarum, sed commune initiatorum omnium. Deinde additum pronomini relativo καὶ ostendit, non haec definitionis loco, sed pro additamento, quod amplificandi caussa adiectum sit, esse numeranda. Itaque ὧν non ad πότνιαι, neque ad τέλη, sed ad θνατοῖσιν referendum. Denique προςπόλων si esset pro participio positum, minus illa poetica esset dicendi figura. Ex his conficitur, sic esse verba construenda: ὧν καὶ ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε χρυσέα κλῇς προςπόλων Εὐμολπιδᾶν· mortalibus, quorum linguam coercet aurea antistitum Eumolpidarum clavis: i. e. quibus antistites Eumolpidae taciturnitatem imponunt. De Eumolpidis Heynium ad Apollodorum p. 338. et Aristidem in orat. Eleusin. vol. I. p. 451. ed. Cant. 257. Iebb. laudavit Reisigius.

V. 1057. Editores recentiores servarunt scripturam librorum Triclinianorum, ἔνθ᾽ οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν Θησέα, quae est etiam in Iuntina secunda et Francofurtana a. 1555. Antiqui libri habent, τὸν ὀρειβάταν Θησέα. Scholiastes: τὸν ἐγρεμάχαν. γράφεται ὀρειοβάταν, (ita codex, quam scripturam in textu habet Par. F.) οἱονεὶ τὸν διὰ τῶν ὀρέων βαίνοντα τῶν προειρημένων χωρίων. Inutilem ad interpretandum hanc lectionem esse iudicat Reisigius, ortam putans ex ἐγρεμάχαν ob similitudinem litterarum β et μ, quum semel γ intercidisset. Mihi quidem, etsi in hoc genere nihil est quod non possit fieri, tamen parum veri similis videtur illa huius scripturae origo. Nec vox

Θησέα καὶ τὰς διστόλους
ἀδμῆτας ἀδελφεὰς

---

illa inutilis est ad interpretandum, sed recte est a scholiasta explicata, modo deleatur articulus, cuius omissionem etiam antistrophici versus flagitant. Qui quum nullo pacto respondeant strophicis, nec tamen per se ipsi certum habeant corruptelae vestigium, omnia optime conspirabunt, si deleto isto articulo hic *ὀρειβάταν ἐγρεμάχαν* coniungentur, in antistropha autem vocabulum ad sensum non necessarium, quod genus saepe ab librariis negligitur, omissum esse statuetur. Quo omisso veri simile est etiam in stropha metrorum exaequandorum caussa ab aliis *ὀρειβάταν*, ab aliis *ἐγρεμάχαν* esse eiectum. Ita igitur locum constitui. Sensus est: ibi in montibus versantem ac proelia cientem Theseum geminasque innuptas sorores mox puto idonea pugna esse congressuros. Idoneam pugnam dicit, satis virium esse Theseo indicans ad vindicandas puellas, quas hic quum nominat, illos simul intelligi vult, qui eas rapuerunt. *Ἐμμίξειν* non pro *ἐμμιχθήσεσθαι* positum, sed intellecta aliqua illarum notionum, quae hic aptae sunt, ut *χεῖρας*, *βίαν*, *μάχην*, *Ἄρη*, quod v. 1050. adhibuit.

V. 1059. Libri Tricliniani *ἀδελφάς*. Veteres *ἀδελφεάς*, quod probantem Seidlerum ad Eurip. El. 134. iniuria reprehendit Elmsleius. Nam formae istae poeticae non tantum metro alicubi commodae sunt, sed saepe etiam ut oratio splendidior fiat, usurpantur. Atqui *ἀδελφὸς* communis vitae est, *ἀδελφεὸς* autem antiqui et poetici sermonis: quare nusquam in trimetris invenitur; Aeschyli enim versum in Sept. ad Theb. 582. Elmsleius ipse apud Blomfieldium, cui is est v. 573. de vitio suspectum habet.

αὐτάρκει τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ,
τούςδ' ἀνὰ χώρους,

ἀντιστροφὴ ά.

ἤ που τὸν ἐφέσπερον
πέτρας νιφάδος πελῶσ'

V. 1061. Reisigius verba τούςδ' ἀνὰ χώρους adiecta putat, quasi mente exciderit quod antecessit ἔνθα. At valde tamen diversa sunt exempla repetitionum, si istae sunt repetitiones, quorum mentionem fecit in comment. crit. ad v. 682. Quamobrem ego interpungendo consulendum huic loco putavi. Vide ad v. seq.

V. 1062. Libri, post τούςδ' ἀνὰ χώρους plene, ante ea verba autem non interpungentes, habent ἦπου, quod Elmsleius idem quod ἴσως significare putat. At alienissima ab hoc loco est vox interrogativa ἦπου, omnisque orationis nexus ostendere debebat, iis quae supra scripta sunt, ἢ πρὸς Πυθίαις, ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς, nunc tertium adiungi, ἤ που τὸν ἐφέσπερον. Ita vero etiam quod praecedit τούςδ' ἀνὰ χώρους ineptae repetitionis vitio liberatur: est enim interpungendo, ut feci, ita a praegressis verbis separandum, ut sit propter sequentia maxime adiectum: hoc modo: ibi puto mox dimicatum iri: illis in locis, nisi forte occidentem versus aufugerunt.

V. 1063. De locorum situ diligenter exposuit Reisigius, qui, quum scholiastes, quem integriorem exhibuit Brunckius, ex Istro et λείαν πέτραν et montem Aegaleum commemoret, eam λείαν πέτραν partem montis Aegalei fuisse coniicit. In quo non assentior. Nam et Istri et scholiastae verba consideranti vix dubium esse potest, quin uterque eos locos diserte distinxerit. Verba, qui-

Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ,
πώλοισιν, ἢ ῥιμφαρμάτοις
φεύγοντες ἁμίλλαις.
ἁλώσεται. δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης·

---

bus utitur poeta, magis suadent, *λείαν πέτραν* dici. Et sic postremo scholiastes: *ὁ δὲ νοῦς· ἄρα ἐπὶ τὸν ἕσπερον χῶρον τῆς λείας πέτρας προσπελάζουσι;* Futurum esse *πελῶσι*, quod Brunckius male scripsit *πέλωσ'*, Elmsleius iam ad Prom. Aeschyli v. 282. adnotavit. Reisigius dubitat, an sit praesens, sed quem affert auctorem apud Plutarchum in libro *περὶ ἀοργησίας* p. 457. C. *βαῖνε λὰξ ἐπὶ τραχήλου, βαῖνε καὶ πέλα χθονί*, eum facilius Archilochum, quam aliquem tragicorum esse crediderim. Omninoque non aliud mihi succurrit verbi *πελᾶν* exemplum, ut hoc quoque suspectum habeam. Si id est scriptoris communi dialecto usi, videndum an scripserit, *βαῖνε, καὶ πελᾷ χθονί·* impone pedem cervici, et procumbet humi.

V. 1064. Hesychius: *Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐπὶ Κολωνῷ, τῆς προβατευομένης ἐκ νεμήσεως· οἱ δὲ ἀπὸ Οἴης τοῦ δήμου, κακῶς. οὐ γὰρ ἐγγὺς κεῖται.* Prioris interpretationis mentionem fecit etiam Eustathius p. 1165, 46. (1225, 19.) Stephanus Byzantinus distinguit duos pagos, quorum alter *Ὄα* tribus Pandionidis, unde *Ὄαθεν*, alter *Ὄη*, Oeneidis fuerit, unde *Ὄηθεν*. Hunc posteriorem hoc loco a poeta, Dorica forma utente, nominari, scite ostendit Reisigius.

V. 1067. In veteribus libris post *ἁλώσεται*, quod praecedentibus iungunt, plena interpunctio est. In Triclinianis signo interrogandi post *ἁμίλλαις* posito coniunguntur *ἁλώσεται δεινός γ' ὁ προσχώρων Ἄρης*. Id Heathius probabat, vertens deprehendetur, quem Brunckius aliique sequuti

δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά.
πᾶς γὰρ ἀστράπτει χαλινός,
πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμ-

---

sunt. Recte vero monet Reisigius, ἁλίσκεσθαι eo significatu in re mala, non in bona usurpari. Schaeferus ἁλώσεται ut separatim positum interpunctione a caeteris verbis discrevit. Eum sequuntur Reisigius et Elmsleius. Et hic quidem sensum esse ait, ἁλώσεται ὁ ἀγών. At quis ita umquam loquutus est? aut, si ita loqueretur, posset intelligi? Immo in mente habet chorus Creontem, de quo etiam v. 1078. δώσειν dicit, ut cuius ductu imperioque ista omnia a Thebanis gerantur. Itaque sensus verborum hic est: Vincetur Creon. gravis est incolarum huius loci Mars; grave Thesidarum robur. Πρόσχωροι sunt, qui Colonum habitant: v. v. 494. Thesidae, qui Athenas.

V. 1070. Hesychius: ἀμπυκτήρια. τὰ φάλαρα. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐν Κολωνῷ. Hinc coniiciebam olim, φάλαρα interpretamentum esse. Vide Elem. d. m. p. 550. Reisigius in eorum sententiam inclinat, qui Hesychium potius ex Sophocle emendandum censuerunt: itaque ipse edidit, κατ' ἀμπυκτήρια φάλαρ' ἄμβασις πώλων. At ista metra certum est ferri non posse. Videor mihi iam intellexisse, neque apud Sophoclem, neque apud Hesychium quidquam esse mutandum. Hesychius enim, nisi fallor, adnotare voluit, ἀμπυκτήρια epitheton esse, quod τοῖς φαλάροις tribuerit Sophocles. Et recte. Nam frena vel ἄμπυκες, vel ἀμπυκτῆρες, ut apud Aeschylum S. ad Theb. 467. dicuntur, unde factum adiectivum ἀμπυκτήριος, requirens aliquod substantivum, quod hic est φάλαρα. Sunt autem ἄμπυκες vel ἀμπυκτῆρες lora, quibus frena in ore equi sustinentur, frontali in-

πυκτήρια φάλαρα πώλων . . .
ἄμβασις, οἳ τὰν Ἱππίαν
τιμῶσιν Ἀθάναν,
καὶ τὸν πόντιον γαιάοχον
Ῥέας φίλον υἱόν.

στροφὴ β'.

ἔρδουσιν, ἢ μέλλουσ';

---

structa, a qua parte nomen ductum. Scholiastes minor Aeschyli l. c. κυρίως οἱ περὶ τὴν κεφαλὴν ἱμάντες τοῦ χαλινοῦ ἄμπυξ καλοῦνται. Sed illud κατ' ἀμπυκτήρια φάλαρα Reisigius interpretatur cum phaleris. Id significare verba ista non possunt. Alii inde a Vito Winshemio κατὰ pro ad accipiunt, ut sensus sit equites ad frena equis iniicienda properare. Id vero ab loci huius ratione abhorret, in quo non de conscensuris equos, sed de insidentibus Thebanosque persequentibus sermo est. Quare ita usurpata est haec particula, ut quum κατὰ κράτος dicitur, i. e. quantum frena valent, remissa scilicet rursumque attracta motaque, quibus signis incenduntur animi equorum in citato cursu. Explicate Euripides Suppl. v. 584. ὁρμᾶσθαι χρεὼν πάντ' ἄνδρ' ὁπλίτην ἁρμάτων τ' ἐπεμβάτην, μοναμπύκων τε φάλαρα κινεῖσθαι, στόμα ἀφρῷ καταστάζοντα Καδμείων χθόνα. Haec metris strophicis accurate respondent, praeterquam quod duae priores syllabae vocis φάλαρα pro una longa sunt. In fine versus autem, ut ad v. 1057. dixi, epitheton videtur intercidisse, neglectum ab librariis, quoniam ad sensum non esset necessarium, fortasse ταχύπους. Itaque lacunae signa posui.

V. 1076. Libri omnes ἔρδουσιν ἢ μέλλουσιν. Elmsleius ἔρδουσ' edidit. At non satis est sylla-

ὡς προμνᾶταί τί μοι
γνώμα, τάχ' ἂν δώσειν

---

bas exaequare, quo modo nulla esset prosa oratio, quae non in antistrophica cogi posset, sed numeris opus est. Atqui illa scriptura plane caret numero. Manifestum vero est, primos tres huius strophae versus esse iambicos ischiorrhogicos: ex quo consequitur, non in ἔρδουσιν, sed in μέλλουσιν ultimam syllabam elidendam esse. Idque feci.

V. 1078. Libri, τάχ' ἂν δώσειν τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑροῦσαν πρὸς αὐθομαίμων πάθη. Scholiastes: τάχ' ἂν δώσειν. τάχα ἐνδώσει φησὶν ὁ Κρέων. τὴν πολλὰ δὲ ἀνατλᾶσαν, τὴν παρθένον ἀπὸ τῆς ἑτέρας δηλῶν, ὡς καὶ κατωτέρω τῷ ὁμοίῳ σχήματι χρῆται. δύναται δὲ καὶ ἑτέρα προςῳδία εἶναι. τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑροῦσαν. τὰ σὰ δεινὰ δηλονότι. Schaeferus solitum sibi illud de ἂν non cum verbo construenda iterat. Elmsleius ἐνδώσειν, quod ex scholiis a Turnebo pro diversa lectione adnotatum est, ut unice veram lectionem recepit, simulque τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὑρουσᾶν auctore Reisigio restituit, qui tamen ἂν δώσειν servavit, impeditiore constructione genitivos cum προμνᾶταί τί μοι iungens, hoc sensu: praesentit mens aliquid de virginibus dura tum alia perpessis, tum a propinquo suo expertis, mox eas redditum iri. Si legitur ita, ut Elmsleio placet, omnino ἐνδώσειν πάθη est remissura esse mala. Sed primo quem tandem fideiussorem habet illa scriptura? Scholiastam, inquit. Huius verba supra, ut in ed. Rom. leguntur, posui. Elmsleius e codice sic scripta affert: τάχ' ἀνδώσειν τὰν δεινά: τάχα ἐνδώσει, φησίν, ὁ Κρέων. In his ut ἀνδώσειν apertus error librarii est, ita veri est simillimum etiam

τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑρου-
σαν πρὸς αὐθαίμων πάθη.
τελεῖ, τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἆμαρ·
μάντις εἴμ' ἐσθλῶν ἀγώνων.
εἴθ' ἀελλαία ταχύῤῥωστος πελειὰς
αἰθερίας νεφέλας
κύρσαιμι τῶνδ' ἀγώνων

ἐνδώσει librario esse imputandum, scholiastam autem scripsisse *ἐκδώσει*. Idque tanto minus dubium videtur, quod apud alterum scholiastam sic scriptum est: *τάχα, φησίν, ἐνδώσει ὁ Κρέων τὴν τὰ πολλὰ δεινὰ τλᾶσαν παρθένον, ὅ ἐστι τὴν Ἀντιγόνην.* Deinde durum est et invenustum, *δεινὰ* a *πάθη* separari, atque adiectiva illa cum participiis *τλᾶσαν* et *εὑροῦσαν*, *πάθη* autem cum verbo *ἐνδώσειν* construi. Denique, quod gravissimum est, tota sententia et male enunciata est, et friget. Nam neque remittere mala puellarum, sed desinere dicenda erant: in solo enim raptu posita sunt, ut, simulac Theseus eas vindicaverit, liberentur isto omni malo: neque chorus tam de istarum sorte puellarum, quam de vincendo et ad restituendum cogendo raptore cogitat. Quamobrem mihi verissima videtur librorum scriptura. Nec profecto mirum, si de sola Antigona loquitur chorus. Hanc enim suis ipse oculis abstrahi viderat, de altera autem audiverat tantum v. 822. De particulae *ἂν* constructione cum infinitivo futuri dicetur in disputatione de illa particula.

V. 1080. Libri *αὐθομαίμων*. Brunckius male *ὁμαίμων*. Recte Bothius restituit *αὐθαίμων*, quod receperunt Reisigius et Elmsleius.

V. 1081. Libri Tricliniani *ἦμαρ*.

V. 1085. Libri *κύρσαιμ', αὐτῶν δ' ἀγώνων θεω-*

θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα.

ρήσασα τοὐμὸν ὄμμα. Scholiastarum ad h. l. nullas adnotationes habemus. Virorum doctorum infelices coniecturas perstrinxit Reisigius, non ille tamen felicior, qui ediderit, αὐτῶν δ' ἀγώνων θεωρήσας ἄπουρον ὄμμα, quod interpretatur, certaminis contemplans longinquum spectaculum. Nam quid est hoc longinquum? Vtrumne procul a nube? Tum nulla vox minus apta quam ἄπουρον. An a Colono? Tum vero inutile vocabulum, quia qui prope aliquid spectare cupit, eum sponte apparet procul esse. Ex iis, quae Elmsleius attulit, unum illud habet quo arrideat, quod θεωρήσασα ad πελειὰς relatum sibi non displicere dicit. Sed Heathium non debebat probare, qui τοὐμὸν ὄμμα vertit meis oculis, neque comparare v. 1153. συμβαλοῦ γνώμην, aut v. 985. σοῦ γ' εἰς τόδ' ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα. Recte enim Reisigius ὄμμα negat pro ὄμματι dici posse: nec magis potest κατὰ intelligi: multo minus autem quisquam τοὐμὸν ὄμμα pro ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς dicat. Communicavit mecum E. Wunderus suam in h. l. coniecturam αἰωρήσασα, quam commemorandam duxi, quoniam αἰωρεῖν et θεωρεῖν etiam apud Lucianum in Iove confut. 4. T. II. p. 629. commutata reperiuntur. Nihil vero mutandum, nisi ut κύρσαιμι τῶνδ' ἀγώνων scribatur, vel metro postulante. Id aliqua ex parte vidit censor editionis Elmsleianae in diar. litt. Lips. a. 1824. n. 152. p. 1216. sed ille pessime, post κύρσαιμι commate distinguens, τῶν δ' ἀγώνων scribendum putabat. Sensus est: utinam rapida celerivola columba ex aetheria nube possim illo certamine oblectare oculos meos. Debebat dicere εἴθε κύρσαιμι θεωρήσας τοὐμὸν ὄμμα, sed quoniam se in columbam mutatum fingit, constructio verborum postulabat ut

ἀντιστροφὴ β'.

ἰὼ παντάρχε θεῶν,
παντόπτα Ζεῦ, πόροις
γᾶς τᾶςδε δαμούχοις
σθένει 'πὶ νικείῳ τὸν εὔα-

---

participium generi nominis accommodaret. Notandum est autem *κῦρσαι* participio iunctum pro *τυχεῖν*, quod frequens in *κυρεῖν*, rarum in *κύρειν* est: aliud exemplum exstat v. 1161. Deinde nove dixit poeta *θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα τῶνδ' ἀγώνων*, horum certaminum contemplatione oblectans oculos meos, i. e. quasi spectatum mittens. Nam *θεωρεῖν* etiam activam significationem habet: unde scholiastes Thucydidis ad V. 18. licet illo quidem loco praeter necessitatem, interpretatur *θεωροὺς πέμπειν*. Rectius eam explicationem adhibuisset his, VIII. 10. *ἐν δὲ τούτῳ τὰ Ἴσθμια ἐγίγνετο· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπηγγέλθησαν γάρ, ἐθεώρουν ἐς αὐτά·* ubi adnotavit, *θεωροὶ ἐγίνοντο*. Sed in Aug. *ἔπεμπον θεωρούς*. Vide Wesseling. ad III. 104.

V. 1087. Libri Tricliniani, *ὦ Ζεῦ γε παντάρχα θεῶν, παντόπτα πόροις*. Duo codd. *ὦ Ζεῦ τε παντάρχα θεῶν*, quod non debebat probare Seidlerus ad Eurip. El. 667. Caeteri veteres MSS. et edd. *ἰὼ Ζεῦ πάνταρχε θεῶν, παντόπτα, πόροις*. Brunckius, *ἰὼ θεῶν παντάρχα Ζεῦ, παντόπτα, πόροις*. Reisigius, *παντάρχα θεῶν παντόπτα, ἰώ, Ζεῦ, Ζεῦ, πόροις*: sic enim in textu scribi se voluisse adnotavit. Videor ego mihi haec faciliore et aptiore mutatione correxisse.

V. 1090. Vulgo *ἐπινικίῳ σθένει*, quam scripturam iure suspectam habet Elmsleius. Non solum enim epitritorum numero repugnat, sed ne sensum quidem praebere videtur, quia *ἐπινίκιον* di-

γρον τελειῶσαι λόγον·
σεμνά τε παῖς Παλλὰς Ἀθάνα,
καὶ τὸν ἀγρευτὰν Ἀπόλλω,
καὶ κασιγνήταν πυκνοστίκτων ὀπαδὸν
ὠκυπόδων ἐλάφων
στέργω, διπλᾶς ἀρωγὰς

---

citur, quod post victoriam vel ob victoriam fit. Augent vitii suspicionem Laur. A. *ἐπινικείῳι*, et Par. F. *ἐπινικείῳ*, corruptam verbi formam habentes. Nihilo minus, quantum quidem coniectando assequi licet, in ea scriptura verum latet, *σθένει 'πὶ νικείῳ*. Scilicet non a *νίκη*, unde est *νικαῖος*, sed a *νῖκος*, quod grammatici quidam Homero vindicabant, usurparunt autem recentiores epici, factum esse *νίκειος* censendum est. At *νικαῖος* quidem lexicographi quidam, nescio unde, Iovis cognomen esse tradunt: Minervae certe est apud Nonnum XXXVII. 623. Ea forma ob id ipsum noluisse uti Sophoclem credibile est, quod non esset nisi in deorum cognomentis usitata. Est autem *σθένει ἐπὶ νικείῳ* nihil aliud quam *ἐπὶ νίκῃ*. Aeschylus Choeph. 475. *πέμπετ' ἀρωγὴν παισὶν προφρόνως ἐπὶ νίκῃ*. Et v. 868. *εἴη δ' ἐπὶ νίκῃ*. Et Eum. 1011. *τὸ δὲ κερδαλέον πέμπειν πόλεως ἐπὶ νίκῃ*.

V. 1091. Libri omnes *τελειῶσαι*, Tricliniani *τελειῶσαι δή*. Brunckius male *τελεῶσαι*.

V. 1096. Scholiastes: *νῦν δὲ διὰ τοῦ στέργω σημαίνει μὲν οἷον προσίεμαι, τελευτᾷ δὲ εἰς ἴσον τῷ προκαλοῦμαι*. Nempe ut veneror eodem redit quo precor. Brunckius Latinum amabo comparat. Orph. Arg. 772. *ξυνῇ τ' ἐν Μινύῃσι διπλῆν ἀνενείκατο φωνήν, ἦ οἱ ἐπ' Αἰήταο μόλῃ δόμον οἷος ἀπ' ἄλλων, μειλιχίοις στέρξῃ τε παραιφάμενος ἐπέεσσιν*. Male vulgo ante *στέργω* interpungitur.

μολεῖν γᾷ τᾷδε καὶ πολίταις.
Ὦ ξεῖν' ἀλῆτα, τῷ σκοπῷ μὲν οὐκ ἐρεῖς,
ὡς ψευδόμαντις. τὰς κόρας γὰρ εἰσορῶ
τάσδ' ἆσσον αὖθις ὧδε προσπολουμένας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποῦ, ποῦ; τί φῄς; πῶς εἶπας;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ πάτερ, πάτερ,
τίς ἂν θεῶν σοι τόνδ' ἄριστον ἄνδρ' ἰδεῖν
δοίη, τὸν ἡμᾶς δεῦρο προσπέμψαντά σοι;

Διπλᾶς ἀρωγὰς nemo non videt de Apolline et Diana dici. Ineptissime scholiastes: *τουτέστι τῇ διπλῇ ἀρωγῇ· ὃ λέγει τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις.*

V. 1100. *Προσπολεῖσθαι* accedere significare putat Schaeferus, miraturque Schneiderum neglexisse hanc significationem, commemoratam iam in lexico Hederici. Similiter interpretatur Reisigius. Eustathius p. 394, 29. (298, 52.) hoc verbum activa videtur significatione dictum putasse, qui scribat: *παρὰ Σοφοκλεῖ γοῦν ὁ Κρέων τὴν Ἰσμήνην πρόσπολον Οἰδίποδος εἰπών*, (Antigonam dicere debebat, v. 750.) *προϊὼν ἐτυμολογεῖ τὴν λέξιν ἐν τῷ, τὰς κόρας τάσδε ἆσσον προσπολουμένας.* Nullo pacto accedendi significationem hoc verbum habet, sed ea hic ex re ipsa supplenda est. Nam *προσπολούμεναι* sunt, quae sedulo curantur. Hoc enim dicit chorus, se virgines cernere illaesas observanterque curatas ab iis, qui eas raptoribus ereptas huc adducant.

V. 1102. *Τίς ἂν θεῶν δοίη* eadem figura, qua *πῶς ἄν*, optantis est. Vide Schaeferum.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

αἵδε γάρ χέρες
Θησέως ἔσωσαν, φιλτάτων τ' ὀπαόνων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

προσέλθετ', ὦ παῖ, πατρί, καὶ τὸ μηδαμὰ
ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

αἰτεῖς ἃ τεύξει· σὺν πόθῳ γὰρ ἡ χάρις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποῦ δῆτα, ποῦ 'στον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

αἵδ' ὁμοῦ πελάζομεν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατ' ἔρνη.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τῷ τεκόντι πᾶν φίλον.

V. 1108. Verba *αἰτεῖς ἃ τεύξῃ* affert Suidas v. *ἅ*, in ed. Ald. et posterioribus. In Mediol. haec cum nonnullis aliis verbis desunt.

V. 1110. Recte observat Reisigius, modeste Antigonam coniugii calamitatem tangere, quum respondet, parenti quidvis carum.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ σκῆπτρα φωτός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

δυςμόρου γε δύςμορα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔχω τὰ φίλτατ'· οὐδ' ἔτ' ἂν πανάθλιος
θανὼν ἂν εἴην, σφῷν παρεστώσαιν ἐμοί.
ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον
ἐμφύντε τῷ φύσαντι, κἀναπαύσατον

V. 1111. Libri male *δυςμόρου τε.* Emendarunt Reiskius aliique.

V. 1112—1233. Desunt in cod. Ven. quod observandum duxi, ne dissentire ille a cod. Vat. videatur, si ex hoc aliquid in his versibus proferam.

V. 1114. *Ἀμφιδέξιον* Brunckius aliique cum paucis codd. pro vulgato *ἀμφὶ δεξιόν.* Brunckius vertit, applicaminor mihi utrumque ad latus. Id potius premite, sustinete dici debuisset, ut apud Aeschylum Prom. 349. Atlas *κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς ὤμοιν ἐρείδων.* Sed apud Sophoclem quae sequuntur verba *ἐμφύντε τῷ φύσαντι*, communisque usus verbi *ἐρείδειν* latus, nisi fallor, non Oedipi, sed puellarum intelligi postulant, ut *ἀμφιδέξιον* sit *ὥςτε μοι ἀμφιδέξιον γίγνεσθαι*, applicate latus mihi ad utrumque latus.

V. 1115. Ed. Turn. cum Triclinio *ἐμφῦσα.* Caeterae edd. fere cum Par. A. Ricc. *ἐμφῦτε*, quod Brunckius Reisigiusque servarunt. Laur. A. et reliqui codd. *ἐμφῦσα*, et glossa Laur. A. *ἀντὶ τοῦ ἐμφῦσαι.* Recte Elmsleius e Mudgii emendatione *ἐμφύντε.* Deinde veteres libri *κἀναπαύσετον.* Verum praebent Tricliniani.

τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦδε δυστήνου πλάνου.
καί μοι τὰ πραχθέντ' εἴπαθ' ὡς βράχιστ', ἐπεὶ
ταῖς τηλικαῖςδε σμικρὸς ἐξαρκεῖ λόγος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὅδ' ἔσθ' ὁ σώσας· τοῦδε χρὴ κλύειν, πάτερ,
καὶ σοί τε τοὔργον τοῦτ' ἐμοί τ' ἔσται βραχύ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε, πρὸς τὸ λιπαρὲς
τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον.

V. 1116. Vulgo *τοῦ τε δυστήνου. Τοῦδε*, ut ego pridem correxeram, e Bothii coniectura Reisigius, et ex Laur. A. Par. T. Farn. Elmsleius. In duobus prioribus illorum codicum supra scriptum *τε*.

V. 1120. Veteres libri, *καὶ σοί τε τοὔργον τοὐμὸν ἔσται βραχύ.* Tricliniani, *καὶ σοί γε τοὔργον τοὐμὸν ἔσται δὴ βραχύ.* Brunckius pro *δὴ* ex coniectura posuit *ὡς*. Reisigius dedit, *καὶ σοί γε τοὔργον τοὐμόν ἐστ' αἰνεῖν βραχύ.* Elmsleius admisit coniecturam, quam ego ad Trach. 327. proposui, quod hoc uno modo et metro et sententiae satisfactum videret. Itaque quidni ego ipse id facerem, licet Reisigius haec non bene cogitata esse videat?

V. 1122. Par. A. et edd. ante Brunckium praeter Iunt. sec. *τέκν' ἐμφανέντ'*. Caeteri libri et Iunt. sec. *τέκν' εἰ φανέντ'*. Atque ita legit scholiastes. Sunt qui hos putent accusativos esse absolutos, et *ἄελπτα* pro adverbio positum. Quorum nihil opus. Nam ut supra, *δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ*, et alia alibi plurima, sic hic quoque sensus est, *εἰ μακροῖς λόγοις τὰ τέκνα ἀσπάζομαι.* Verba *πρὸς τὸ λιπαρὲς* Musgravius et Reisigius

ἐπίσταμαι γὰρ τήνδε τὴν ἐς τάςδέ μοι
τέρψιν παρ' ἄλλου μηδενὸς πεφασμένην.
σὺ γάρ νιν ἐξέσωσας, οὐκ ἄλλος βροτῶν.
καί σοι θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω,

---

cum *θαύμαζε* construi volunt. Mihi ad sensum parum interesse videtur, utrum sic, an cum *μηκύνω λόγον* construas. Sed hoc tamen cum Elmsleio praeferam. Illud vero non probo, quod is *μηκυνῶ* coniicit. Nam non ob ea quae dicturus est, sed ob illa quae iam est cum filiabus confabulatus, veniam petit Oedipus. In eamque sententiam respondet Theseus.

V. 1123. Edd. vett. et Laur. B. *τήνδε σὴν ἐς τάδέ μοι*, Tricliniani *τήνδε σὴν ἐς τάςδε μοι*, Laur. A. *ἐστᾶς δέμοι.* Par. A. *ἐς τὰς δέ μοι.* Solus videtur Musgravius in *σὴν* offendisse, qui omnino legendum dicit *τήνδε τήν.* Elmsleius ea verba interpretatur, delectationem cuius tu auctor es. At ita diceret Oedipus, delectationem, cuius esset auctor Theseus, non esse ab alio auctore profectam: quod quid tandem est aliud, quam cuius auctor delectationis esset Theseus, eius esse eum auctorem? Brunckius sic: quod enim ex illis gaudium capio, id tuum esse scio et a nemine alio ortum. Qua in versione nihil est quod reprehendas, sed reprehendendus esset poeta potius, quem, si illud dicere voluisset, particulam addere oportebat, *παρ' ἄλλου δὲ μηδενὸς πεφασμένην.* Non est enim huius loci ea ratio, ut abesse eiusmodi particula possit, quia nec verba apte collocata essent, nec gravis hic est affirmatio, ut in sequente versu, in quo recte se habet figura illa: qui versus plane inutilis esset, praegressa tanta eiusdem rei asseveratione. Quare non dubitavi recipere coniecturam Musgravii.

V. 1126. De *ὡς* ita usurpato vide quos Schae-

αὐτῷ τε καὶ γῇ τῇδ᾽· ἐπεὶ τό γ᾽ εὐσεβὲς
μόνοις παρ᾽ ὑμῖν εὗρον ἀνθρώπων ἐγώ,
καὶ τοὐπιεικές, καὶ τὸ μὴ ψευδοστομεῖν.
εἰδὼς δ᾽ ἀμύνω τοῖσδε τοῖς λόγοις τάδε.
ἔχω γὰρ ἅχω διὰ σέ, κοὐκ ἄλλον βροτῶν.
καί μοι χέρ᾽, ὦ ᾽ναξ, δεξιὰν ὄρεξον, ὡς
ψαύσω, φιλήσω τ᾽, εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα.
καίτοι τί φωνῶ; πῶς σ᾽ ἂν ἄθλιος γεγὼς

---

ferus affert, Mitscherlichium ad Hom. h. Cer. 137. 295. 416. et me ad idem carmen v. 172.

V. 1133. Par. B. T. Vat. Farn. φιλήσω θ᾽ ἣ θέμις. Laur. B. Par. A. Ricc. et edd. φιλήσω τ᾽ εἰ θέμις. Laur. A. ἡ θέμις. Elmsleius recepit ᾗ θέμις. Photii quam affert huius formulae interpretationem, ὡς νόμος, ὡς προσῆκον, ad Homerum spectat. Apud tragicos ea, quod sciam, non invenitur, sed tanto saepius εἰ θέμις. Id monuerat iam Valckenarius ad Phoen. 902. Nec video quid obstet quo minus sic hic quoque recte dicatur. Similis locus est in Trach. 809. ubi Hyllus, postquam dixit, εἰ θέμις γ᾽, ἐπεύχομαι, infert θέμις δέ. Ita hic Oedipus, ubi dixit εἰ θέμις, ea addit, quae si in pauca contrahas, habebis ἀλλ᾽ οὐ θέμις.

V. 1134. Libri, πῶς δ᾽ ἂν ἄθλιος γεγὼς θιγεῖν θελήσαιμ᾽ ἀνδρός, ᾧ τις οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν ξύνοικος. In quibus verbis miror non offendisse interpretes. Primum enim cur post illa καίτοι τί φωνῶ, particula sequitur copulativa δέ? Debebat hoc sine copula dici, ut apud Aeschylum Prom. 101. καίτοι τί φημι; πάντα προὐξεπίσταμαι σκεθρῶς τὰ μέλλοντα. Deinde quae illa non per se quidem perversa, sed ab hoc tamen loco alienissima locutio est, ᾧ τις οὐκ ἔνι κηλίς, pro ᾧ οὔτις ἔνι κηλίς. Enimvero Reisigius in comment.

θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρός, ᾧ τίς οὐκ ἔνι
κηλὶς κακῶν ξύνοικος; οὐκ ἔγωγέ σε,
οὐδ' οὖν ἐάσω. τοῖς γὰρ ἐμπείροις βροτῶν
μόνοις οἷόν τε συνταλαιπωρεῖν τάδε.
σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε, καὶ τὰ λοιπά μου
μέλου δικαίως, ὥσπερ ἐς τόδ' ἡμέρας.

ΘΗΣΕΥΣ.

οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,

---

crit. p. 381. id comparat cum ἔτ' οὔ. At ut ἔτ' οὔ aliud est quam οὐκέτι, de quo discrimine vide ad Trach. 160. ita etiam τὶς οὔ aliud quam οὔτις. Atque hic quidem vel invito se obtrudit verum, de Oedipo, non de Theseo haec dici, et τίς esse interrogativum. Ex quo consequitur δὲ in praecedente versu in σὲ mutandum esse. Nam respiciens ad id quod modo dixerat, δεξιὰν ὄρεξον, nunc tangi se ut flagitiis impurum a Theseo reformidat. Iam etiam quae sequuntur, οὐκ ἔγωγέ σε, οὐδ' οὖν ἐάσω, ubi Musgravio, Bothio, Elmsleio οὐδ' οὖν σ' ἐάσω scribi placet, Reisigio autem permira atque ab hoc loco alienissima explicatio in mentem venit, rectissime dicta esse patet. Plene enim dicta sententia haec est: οὐκ ἔγωγέ σε θελήσαιμ' ἂν θιγεῖν ἐμοῦ, οὐδ' οὖν ἐάσω, εἰ αὐτὸς βούλοιο θιγεῖν.

V. 1139. Verba καὶ τὰ λοιπά μου cum sequente versu affert Suidas v. μέλου.

V. 1141. Suidas: θαυμάσας ἔχω· ἀντὶ τοῦ ἐθαύμασα, Ἀττικῶς. οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου παῖ θαυμάσας ἔχω. Pro παῖ ibi cod. Leid. πᾶς. Par. A. οὔτοι τι μῆκος. Ricc. οὔτοι, τὶ μῆκος. Elmsleio, si recte se habeat οὔτοι, servari posse videtur οὐδ' v. 1143. Ego quomodo construi verba queant, si εἰ desit, non video.

τέκνοισι τερφθεὶς τοῖςδε, θαυμάσας ἔχω,
οὐδ' εἰ πρὸ τοῦ 'μοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη.
βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει.
οὐ γὰρ λόγοισι τὸν βίον σπουδάζομεν
λαμπρὸν ποιεῖσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς δρωμένοις.
δείκνυμι δ'. ὧν γὰρ ὤμοσ', οὐκ ἐψευσάμην
οὐδέν σε, πρέσβυ. τάςδε γὰρ πάρειμ' ἄγων
ζώσας, ἀκραιφνεῖς τῶν κατηπειλημένων.
χὤπως μὲν ἁγὼν ἡρέθη, τί δεῖ μάτην

V. 1143. Elmsleius οὔτ' adversis libris omnibus. Mihi ne satis recte quidem hic οὔτε dici videtur. Recte et necessario sic scribendum esset, si θαυμάσας ἔχω in fine positum esset totius sententiae. Nunc quum sit positum in prima parte, novum est verbum in altera intelligendum. Ita fit, ut etsi ita exorsus erat, quasi sequuturum esset aliud οὔτε, omissa illa constructione reliqua non ut alteram partem, sed ut novam sententiam adiiciat: quae est re vera grata quaedam et venusta familiaris sermonis negligentia.

V. 1144. Hunc et duos sequentes versus affert Suidas v. βάρος.

V. 1149. Verba ἀκραιφνεῖς τῶν κατηπειλημένων affert Eustathius p. 694, 30. (573, 51.)

V. 1150. MSS. et edd. vett. χὤπως μὲν ἀγὼν οὗτος ἡρέθη, τί δεῖ μάτην κομπεῖν. Edd. Triclinianae ἀγὼν μὲν οὗτος, omisso μάτην, quae vox in Par. F. a correctore deleta est. Vt librarios, ita etiam criticos craseos ignoratio in alios atque alios errores coniecit. Hodie nemo non videat, veram scripturam esse, quam Reisigius restituit. Illud quaeri potest, verba τί δεῖ μάτην κομπεῖν utrum cum sequentibus construenda sint, quo facto quasi quaedam aposiopesis erit post ἡρέθη· an sint praecedentibus iungenda, quo illa, ἅ γ'

κομπεῖν, ἅ γ' εἴσει καὐτὸς ἐκ ταύταιν ξυνών;
λόγος δ' ὃς ἐμπέπτωκεν ἀρτίως ἐμοὶ
στείχοντι δεῦρο, συμβαλοῦ γνώμην· ἐπεὶ
σμικρὸς μὲν εἰπεῖν, ἄξιος δὲ θαυμάσαι.
πρᾶγος δ' ἀτίζειν οὐδὲν ἄνθρωπον χρεών.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δ' ἔστι, τέκνον Αἰγέως; δίδασκέ με,

εἴσει, explicationis caussa adiecta esse censendum; an denique cum utrisque sint nexa: quod ego quidem nescio an praeferendum sit, quia saepe ita media inter duas protases est apodosis: de qua figura saepius alibi monitum.

V. 1152. MSS. omnes, Iunt. sec. et Francof. a. 1555. ac Suidas v. *στείχειν* habent *λόγος δ'*. Caeterae edd. *λόγον δ'*. Tum deteriores quidam codd. *ἐκπέπτωκεν*. Tuitus est *λόγος δ' ὃς ἐμπέπτωκεν* Porsonus ad Orest. 1645. cui iure obsequuti sunt novissimi editores. Pro *γνώμην* apud Suidam est *γνώμη*. Sensus videtur esse: qui mihi rumor huc venienti modo allatus est, de eo tuam tecum reputa sententiam, i. e. vide quid tibi statuendum sit.

V. 1155. MSS. et edd. omnes ac Suidas v. *πρᾶγος ἀνθρώπων*. Sed Laur. A. Par. B. T. Vat. Farn. et Suidas *οὐδέν*. Caeteri libri *οὐδέν'*. Scholiastes legit *οὐδὲν ἄνθρωπον·* sic enim scribit: *ἄνθρωπον δέ φησιν ὄντα οὐδὲν πρᾶγμα κακίζειν δεῖ*, emendatus a Porsono Advers. p. 167. Hanc scripturam probarunt Marklandus, Brunckius, Porsonus, Elmsleius. Sed Reisigius *οὐδὲν ἀνθρώπων* praetulit, vertens, nihil negoti negligere humani decet: nam Marklandi coniectura depravatam esse bonitatem praecepti. Id vereor ne alii de ipsius sint coniectura dicturi.

ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν ὧν σὺ πυνθάνει.

ΘΗΣΕΥΣ.

φασίν τιν' ἡμῖν ἄνδρα, σοὶ μὲν ἔμπολιν
οὐκ ὄντα, συγγενῆ δέ, προςπεσόντα πὼς
βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος, παρ' ᾧ
θύων ἔκυρον, ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποδαπόν; τί προςχρῄζοντα τῷ θακήματι;

ΘΗΣΕΥΣ.

οὐκ οἶδα πλὴν ἕν. σοῦ γάρ, ὡς λέγουσί μοι,
βραχύν τιν' αἰτεῖ μῦθον οὐκ ὄγκου πλέων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποῖόν τιν', οὐ γὰρ ἥδ' ἕδρα σμικροῦ λόγου.

ΘΗΣΕΥΣ.

σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μολόντ'
αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.

V. 1158. Affert Suidas v. *ἔμπολιν*.

V. 1161. Suidas v. *ἐκύρουν* affert *βωμῷ θύων ἐκύρουν*, et v. *ἠκύρουν*, *βωμῷ θύοντες ἐκύρουν*. Verba *ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγὼ* recte Elmsleius ad *προςπεσόντα* refert, dum aberam ego interpretans.

V. 1167. Consensu libri *ἀπελθεῖν ἀσφαλῶς* sine copula, quam Brunckius ex Heathii coniectura adiecit. Ex Vauvillersii sententia Bothius et Elmsleius, *σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μόνον αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.* At in *μολόντ' αἰτεῖν* non esse quod quis haereat, ostendi in Elem. d. m. p. 36. Reisigius librorum scripturam ita defendere ausus est, ut *ἐλθεῖν ἀπελθεῖν*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προσθακῶν ἕδραν;

ΘΗΣΕΥΣ.

ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμὶν ἐγγενὴς
ἔσθ', ὅστις ἄν σου τοῦτο προσχρῄζοι τυχεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατ', ἴσχες οὗπερ εἶ.

---

sine copula coniuncta contenderet, quemadmodum ὠθεῖν, ὠθεῖσθαι· ἔλεγχ', ἐλέγχου· δάκνειν, δάκνεσθαι· ἔπαιον, ἐπαίοντο. At non cogitavit, primo, ea in loquendi forma debere verba illa non aliis interpositis separari; deinde autem, quod maximum est, in iis tantum huius locutionis usum admitti, quae alternis crebro iterantur.

V. 1168. Ἕδραν sessionem recte interpretatur Musgravius. Apte confert Elmsleius Oed. R. 2.

V. 1171. Edd. pleraeque et MSS. Par. A. Ricc. ἐπίσχες. Laur. A. Par. B. F. Vat. Edd. Iunt. sec. et Francof. a. 1555. ἴσχες. Laur. B. ἴσχε. Par. T. Farn. εἶχες. Heathii et Schaeferi coniecturam ὦ φίλτατε, σχές, receperunt Reisigius et Elmsleius. Et hic quidem ut Brunckius ἴσχες barbarum esse censet. Difficile dictu, quid in hoc genere barbarum sit. Valde enim fluctuari usus imperativorum videtur inter formas, quae ex verbis in ω et in μι terminatis originem habent. Vide Porsonum ad Hec. 830. Hic quidem ἴσχες ut ad recitationem aptius est, ita etiam ab libris videtur commendari. Neque hic solum, sed etiam in Bianoris epigrammate, quod ex cod. Vat. p. 504. edidit Huschkius in Anal. p. 233. et Iacobsius in Anthol. Pal. ἴσχες scriptum invenitur; sed Iacobsius scripsit ἴσχε'.

ΘΗΣΕΥΣ.

τί δ' ἔστι σοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μή μου δεηθῇς.

ΘΗΣΕΥΣ.

πράγματος ποίου; λέγε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔξοιδ', ἀκούων τῶνδ', ὅς ἐσθ' ὁ προστάτης.

ΘΗΣΕΥΣ.

καὶ τίς ποτ' ἐστίν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι;

V. 1173. Brunckius ἀκούων τῶνδε vertit his auditis. Id ταῦτα dici debuisset. Recte Reisigius τῶνδε de filiabus Oedipi dictum vidit, respicique ea, quae Ismene v. 378. seqq. narravit, quorum recordari Oedipum, viri Argivi mentione facta. Προστάτης, de qua voce exposuit Schaeferus, hic supplicem significat, ut v. 1280. Affert hunc versum Suidas v. προστάτης.

V. 1174. Edd. ante Brunckium, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τοι, nisi quod Iunt. secunda et Francof. a 1555. ὅνδ', Laur. B. ὅν τ', Par. F. ὃν sine particula. Τι in fine versus MSS. omnes. Brunckius male, ὃν ἂν ἐγὼ ψέξαιμί τι. Veram esse codicum scripturam monui ad Herc. fur. 616. ubi quum dixissem sensum esse, et quis est ille quem quidem ego reprehenderim? contra ea disputavit Reisigius in diss. de particula ἂν p. 136. recte ille quidem, sed longius quam debebat progressus. Elmsleius constructionis legem sibi nondum penitus perspectam esse fatetur. Et profecto nondum haec ratio ex omni parte explanata est:

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

παῖς οὑμός, ὦ 'ναξ, στυγνός, οὗ λόγων ἐγὼ
ἄλγιστ' ἂν ἀνδρῶν ἐξανασχοίμην κλύων.

ΘΗΣΕΥΣ.

τί δ'; οὐκ ἀκούειν ἔστι, καὶ μὴ δρᾶν, ἃ μὴ
χρῄζεις; τί σοι τοῦτ' ἐστὶ λυπηρόν, κλύειν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔχθιστον, ὦ 'ναξ, φθέγμα τοῦθ' ἥκει πατρί·
καὶ μή μ' ἀνάγκῃ προσβάλῃς τάδ' εἰκάθειν.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἀλλ' εἰ τὸ θάκημ' ἐξαναγκάζει, σκόπει,

---

sed nihil ea difficultatis habet in tali quidem loco, qualis hic est. Nam quod in recta oratione vel ἔψεξα est, vel coniunctivus ψέξω, id in obliqua dicitur ψέξαιμι. Quod si pro ἔψεξα, sic existimandum: ubi Theseus Oedipum videat ita animo abhorrere ab illo hospite, ut eum arceri ab se velle videatur, mirabundum interrogare quis sit ille, de quo aliquid eiusmodi dixerit, ut eum reformidare Oedipus debeat. Sin est pro rectae orationis coniunctivo, hoc dicit: et quis est ille, quem quidem ego videar reprehendere debere? Idque non intercedam quin praeferatur.

V. 1177. Turnebus distinxit post *τί δ'*. Antea iungebantur *τί δ' οὐκ ἀκούειν ἔστι.*

V. 1178. Elmsleius coniicit *τοῦδ'*, ut v. 1119. *τοῦδε χρὴ κλύειν, πάτερ.* Non opus correctione, modo, quod feci, post *λυπηρὸν* distinguatur: quid hoc, audire, tibi molestum est?

μή σοι πρόνοι' ᾖ τοῦ θεοῦ φυλακτέα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ, πιθοῦ μοι, κεἰ νέα παραινέσω.
τὸν ἄνδρ' ἔασον τόνδε τῇ θ' αὑτοῦ φρενὶ

V. 1182. MSS. omnes et Iunt. sec. ac Francof. a. 1555. *μή σοι.* Caeterae edd. *μή μοι.* Codicum scripturam sequutus est Brunckius. Bothius, qui sententiam postulare *μοι* ait, afferens v. 1184. 1185. assentientem habet Reisigium, quod religionem deorum tutari regis non hospitis sit. In eam sententiam non multum abest quin etiam Elmsleius inclinet. At primo versus illi, quos Bothius affert, potius contra eum faciunt. Tum autem quo Reisigius argumento utitur, id sic demum aliquam vim haberet, si violare dei fanum vellet Oedipus, ut si vi abstrahi iuberet Polynicen, non ubi de solo pietatis officio sermo est. Hoc enim monet Theseus, videat ille, ne parum reverentem se erga deum praebeat, si audire eum, qui ad aram confugerit, detrectet. Hoc officium ita ad solum pertinet Oedipum, ut ne possit quidem ad Theseum spectare, quum non huius, sed Oedipi colloquium expetat Polynices, atque adeo impius futurus sit Theseus, si nolentem audire Oedipum colloqui cum filio cogat.

V. 1184. Reisigius haec verba cum Bothio de Theseo dicta putat. At nihil in his est, quod in hunc quadret, sed unice illa Polynici conveniunt. Is enim et animo suo quod gratum sit facit, si patrem convenire licet, et deo quod vult acceptum fert, si fructum supplicationis suae consequitur. Omnino autem primarium argumentum a consilio et conditione Polynicis repetere Antigonam decet, ac tum demum sororum in fra-

χάριν παρασχεῖν, τῷ θεῷ θ᾽ ἃ βούλεται·
καὶ νῷν ὕπεικε τὸν κασίγνητον μολεῖν.
οὐ γάρ σε, θάρσει, πρὸς βίαν παρασπάσει
γνώμης, ἃ μὴ σοι ξυμφέροντα λέξεται.
λόγων δ᾽ ἀκοῦσαι τίς βλάβη; τά τοι κακῶς

---

trem amorem commemorare. Neque illa Theseum, opinor, *τὸν ἄνδρα τόνδε* appellasset.

V. 1188. *Λέξεται* passivum est. Vide Porson. ad Hec. 297.

V. 1189. Laur. B. *τά τοι καλῶς εἰρημέν᾽ ἔργα.* Par. B. Vat. *τά τοι καλὰ εὑρημέν᾽ ἔργῳ.* Non offensi sunt editores his verbis, nec Porsonus ad Phoen. 512. Eleganter vertit Grotius: audire voces quid nocet? quidquid bene animo repertum est, vocis indicio patet. Reisigius haec ita explicat, ac si sensus sit, admittere Oedipum ad se sine ullo consiliorum suorum periculo posse Polynicem, quum praesertim multa saepe commoda oratione sint parta. In hanc sententiam etiam Solgerus vertit. At verba ista nihil aliud significare possint, quam recte consulta facta ex dictis cognosci: ut, si vera est librorum scriptura, hoc dicere videatur Antigona, si recto consilio usus sit Polynices in iis quae fecerit, id ex eius oratione perspectum iri. Quale vero hoc est argumentum ad commovendum hominem iratum, ut eum, cui iratus est, audire velit? Aperte enim approbationem continet eorum, ob quae ille iratus est, eoque augeat potius iram, quam leniat necesse est. Sensisse aliquid horum videtur is, ex cuius correctione in Par. B. et Vat. est, *τά τοι καλὰ εὑρημέν᾽ ἔργῳ.* Sed non rectius hoc procedit, quod est: facto quae bona inventa sunt, ex dictis cognoscuntur. Aptius ille sic corr命exisset: *τά τοι καλῶς εὑρημέν᾽ ἔργῳ, κοὐ λόγῳ μηνύεται.* Hoc enim accommodatum et con-

εὑρημέν' ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται.
ἔφυσας αὐτόν· ὥςτε μή γε δρῶντά σε

---

veniens Antigonae consilio argumentum foret. Sed minore opera idem mihi consequutus videor, καλῶς in κακῶς mutando. Facta, inquit, mala mente instituta dictis produntur. Nam Antigona, ut confirmet, quod dixit, oratione audienda nihil damni accipi, rationem reddit hanc, quod male facta dicendo dissimulari nequeant, sed ipsa oratio proditrix esse mali consilii soleat. Quod ut est verissimum, ita quae in vulgata lectione sententia inest, vel per se ieiuna est atque inanis. Nam recte facta ne opus quidem habent verbis, ut recte esse facta cognoscamus, sed ipso facto probantur.

V. 1191. Libri omnes, *ὥςτε μήτε δρῶντά σε τὰ τῶν κακίστων δυσσεβεστάτων, πάτερ, θέμις σέ γ' εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς*, nisi quod ed. Colinaei, quae ex Aldina expressa est, hic ab illa recedit, *θέμιν* praebens. In his primo *μηδὲ* reposuerunt critici, in quo nihil est quod reprehendas, nisi quod leniore mutatione *μή γε* scribi potuit. *Γὲ* illud repetitum post *σέ*. Vide ad Philoct. 439. Ita simul etiam aptius expressa est sententia: itaque certe te non fas est, quia in te ille pessime impius est, referre ei malum. Apertum est, *δρῶντα* sic affirmantis esse, maxime illum impie agere: quod contra si *μηδὲ* scribitur, sensus est, ne si maxime quidem impius sit: quod esset extenuantis illam impietatem atque excusantis. Id vero hominem irae et odii plenum exasperaret potius quam mitigaret. Tum Toupius ad Suidam vol. I. p. 323. *τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων*, idemque in praef. ad partem III. Emendationum et Brunckius *τὰ τῶν κακίστων κάσεβεστάτων* coniecerunt.

τὰ τῶν κάκιστα δυςσεβεστάτων, πάτερ,
θέμις σέ γ' εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.

Priorem emendationem, quam probavit Porsonus ad Hec. 624. receperunt Brunckius, Schaeferus, Elmsleius. Qui ita dici negat, Reisigius, brevi, sed sapienti admonitione Schaeferi in novissima editione Hecubae Porsonianae, ad meliorem sententiam revocari poterit. Dawesius in Misc. cr. p. 342. τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατ' ὦ πάτερ. Bothius, τὸ τῶν κακίστων δυσσεβέστατον. Reisigius autem, ὥςτε μηδὲ δρῶντά σε τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατ' ἄν, πάτερ, θέμις σέ γ' εἴη κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς. Quae coniectura non melior Bothiana, et audacior est, quam ut cuiquam placere possit. Vauvillersius, Toupius, Brunckius σέ γ' εἶναι significare putarunt quod ad te attinet, et ita mihi quoque olim videbatur. Dawesius, Mudgius, Heathius, Porsonus in Append. ad Toupium p. 435. θέμιν σέ γ' εἶναι legendum censuerunt, recepitque id Elmsleius. Buttmannus in uberiore gramm. Gr. T. I. p. 232. θέμις in formula θέμις ἐστί indeclinabile esse existimat, hunc Sophoclis locum et Platonem afferens in Gorgia p. 505. C. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθέντας κεφαλήν. Nihil ibi variant libri. Quod autem Reisigius ait, „parentheticum est φασί, et εἶναι cum μεταξὺ „iungendum: μεταξὺ εἶναι·" id viderit quis persuaderi sibi patiatur. Idem addit Xenoph. Oecon. II, 11. σὺ δέ μοι λέξον, ὦ Ἰσχόμαχε, ἀφ' ὧνπερ ἤρξω, πῶς ὑγιείας ἐπιμελεῖ; πῶς τῆς τοῦ σώματος ῥώμης; πῶς θέμις εἶναί σοι καὶ ἐκ πολέμου σώζεσθαι; sed addit, id adeo Socratis sententiae contrarium esse, etiamsi θέμις εἶναι pro θέμις ἐστὶ sit positum: iudicium enim Ischomachi illum exquirere sic, ut καὶ post σοὶ mutandum videatur

ἀλλ' ἔα αὐτόν. εἰσὶ χἀτέροις γοναὶ κακαί,
καὶ θυμὸς ὀξύς. ἀλλὰ νουθετούμενοι

---

in δοκεῖ. Quae ego me fateor non intelligere: sed illud video, nec δοκεῖ ibi legi posse, neque opus esse emendatione, si verum est, quod acutissime observavit Buttmannus. Esse autem verum etiam Aeschyli versus in Suppl. 340. quem ab Elmsleio quoque allatum video, confirmat: πότερα κατ' ἔχθραν, ἢ τὸ μὴ θέμις λέγεις; Nam id non esse pro ὃ μὴ θέμις ἐστὶ dictum, ex Choeph. 640. cognosci potest, τὸ μὴ θέμις γὰρ οὐ λὰξ πέδοι πατούμενον. Tantoque magis assentior Buttmanno, quod non puto exemplum inveniri, quo accusativus θέμιν in istiusmodi formulis, ut θέμιν εἶναι, defendi possit. Ac profecto multo minus abnorme est θέμις quibusdam in formis indeclinabile esse, quam feminino genere dici ἐέλδωρ, quod ex Herodiano περὶ μονήρους λέξεως didicimus.

V. 1194. Edd. ἀλλ' αὐτόν. Sic etiam codd. nonnulli, quorum in Par. A. supra scriptum σε. Codd. Laur. A. Par. B. T. Farn. ἀλλ' αὐτόν. Ricc. ἀλλὰ σεαυτόν. Dawesius in Misc. cr. p. 343. ἔα hic coaluisse cum pronomine putat. Vnde Brunckius ἀλλ' ἔα 'υτὸν edidit. Melius haec plene scribi assentior Elmsleio. Reisigius, quod editor quidam Londinensis coniecerat, ἀλλ' ἔασον adscivit, repudians crasin illam, quum apud Aristophanem Ran. 1243. pro ἔα αὐτὸν optimi codd. ἔασον habeant, idque etiam in Lysistr. 945. pro ἔα αὖτ' ὦ reponendum censens. Ego quidem non ausim damnare crasin, non illam profecto duriorem, quam quae ipsi Reisigio in χρῆσται probata est. Quodsi Ravennas aliique libri in altero Aristophanis loco ἔασον habent, quis ausit contendere id non esse e grammaticorum correctione repositum?

φίλων ἐπῳδαῖς, ἐξεπᾴδονται φύσιν.
σὺ δ' εἰς ἐκεῖνά μοι τανῦν ἀποσκόπει
πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ', ἅπαθες·

V. 1196. Comma post ἐπῳδαῖς sustulerunt Schaeferus et Reisigius. Post νουθετούμενοι collocandum videbatur Elmsleio. Id non recte fieret, ut ego quidem arbitror, quia sic νουθετούμενοι latius pateret, atque etiam eorum esset, qui non sunt amici aut propinqui. Nihil in vulgata interpunctione non recte dictum: neque enim prohibet illa quin ἐπῳδαῖς etiam cum ἐξεπᾴδονται construatur.

V. 1197. Libri omnes, σὺ δ' εἰς ἐκεῖνα μὴ τὰ νῦν ἀποσκόπει, praeter Vat. in quo est οὐδ' pro σὺ δ'. Nam illud vix dignum memoratu, quod inde a Stephano iunctim scriptum τανῦν. Mirum vero, fuisse, qui explicare hanc sententiam studerent; non exstitisse autem, qui eam hoc loco prorsus ineptam atque absurdam esse animadverteret. Numquid enim de patris caede aut connubio cum matre aut dixit Oedipus, aut cogitat nunc, ut ab ea cogitatione eum avocare Antigona debeat? Immo non cogitantem admonere debet ut cogitet: nam illorum ubi flagitiorum gnarus factus erat, prae dolore impotens animi eruerat sibi oculos: quo documento usa Antigona monet eum, quam facile, qui modum ponere irae nesciat, eo possit pervenire, ut eum poeniteat saevitiae. Itaque μὴ in μοι mutavi. Idque etiam scholiastes videtur legisse, cuius hanc adnotationem habemus: τὰ περὶ τὴν πήρωσιν λέγοι ἄν. οὐ γὰρ τὰ ἐξ ἀρχῆς πραχθέντα ὀνειδίζει αὐτῷ, ἀλλ' ἃ ἀπὸ τῆς ἄγαν ὀργῆς ἀπέβη. τούτου γὰρ αὐτὸν ἀποτρέπειν βούλεται. Ita legendum hoc scholion.

κἂν κεῖνα λεύσσῃς, οἶδ' ἐγὼ γνώσει κακοῦ
θυμοῦ τελευτὴν, ὡς κακὴ προςγίγνεται.
ἔχεις γὰρ οὐχὶ βαιὰ τἀνθυμήματα,
τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.
ἀλλ' ἡμὶν εἶκε. λιπαρεῖν γὰρ οὐ καλὸν

V. 1199. Libri omnes *λύσῃς*. Piersonus Veris. p. 250. et Tyrwhittus recte *λεύσσῃς*, quod corrupit Brunckius *λεύσῃς* scribendo. Vide Reisigium ad v. 120. et Buttmannum in gr. Gr. uber. vol. I. p. 384. Caeteras virorum doctorum coniecturas vel commemorare piaculum est.

V. 1201. Edd. et pars codicum *οὐ βίαια*, Heathii coniecturam *οὖν βίαια*, probantibus Porsono ad Med. 585. Schaefero, Reisigio, Elmsleio. Musgravius et Brunckius coniecerunt *οὐχὶ βαιά*, quod non dubito quin Porsonus certe verum iudicaturus fuisset, si firmari scivisset codd. Laur. A. Par. F. in quibus est *οὐχὶ βίαια*. Accedit Hesychius: *βαιόν, ὀλίγον, μικρόν. Σοφοκλῆς δὲ Οἰδίποδι ἐν Κολωνῷ· οὐ βαιά, ἀντὶ τοῦ ἄφθονα καὶ πολλά.* Sic Brunckius in Lex. Sophocl. verissime. Nam in Hesychii edd. legitur, *Σοφοκλῆς δὲ Οἰδίποδι Τυράννῳ, ἀντὶ τοῦ ἄφθονος καὶ πολλός. γράμμα.* Parum veri simile est, quod coniicit Elmsleius, *ἀντὶ τοῦ ἄφιλος καὶ μόνος*, ut respiciatur Oed. R. 750. Quin in corrupto *γράμμα* latere credibile est vel *ἐνθυμήματα* vel aliam idem significantem vocem, vel etiam *μεγάλα*.

V. 1202. Illustre hoc exemplum est ad comprobandum eum adiectivorum usum, quo rem effectam indicant, ut hic *ἀδέρκτων*, i. e. *ὥςτε γενέσθαι ἄδερκτα*.

V. 1203. Par. B. Vat. *μὲν* pro *γάρ*. Caeterum hac orationis conclusione Theseum maxime innuit, quem pro beneficio, quo Oedipum et recipiendo

δίκαια προσχρῄζουσιν, οὐδ᾽ αὐτὸν μὲν εὖ
πάσχειν, παθόντα δ᾽ οὐκ ἐπίστασθαι τίνειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτέ με
λέγοντες· ἔστω δ᾽ οὖν ὅπως ὑμῖν φίλον.
μόνον, ξέν᾽, εἴπερ κεῖνος ὧδ᾽ ἐλεύσεται,
μηδεὶς κρατείτω τῆς ἐμῆς ψυχῆς ποτέ.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἅπαξ τὰ τοιαῦτ᾽, οὐχὶ δὶς χρῄζω κλύειν,

Athenis, et eripiendis ex Thebanorum potestate filiabus affecerit, hanc mutuam accipere gratiam conveniat, ut ne frustra pro Polynice intercesserit.

V. 1209. Brunckius: ne quis vitam meam in sua potestate habeat. Rectius Vitus Winshemius sensum expressit: nequis me invitum cogat. Reisigius vero, quod nihil verendum sit Oedipo ab eo, qui supplex ad aram consederit, deprecari eum putat, ne quis animo suo moderari velit. Quod addit, aliter *κρατῇ*, non *κρατείτω* dici debuisse, nullius momenti est. Interpretes autem in errorem illectos putat extremis Thesei verbis v. 1211. 1212. ipsorum arbitratu curiosius ad Oedipi orationem adstrictis. At hoc ille mihi argumentum videtur magna levitate declinasse magis quam refutasse. Etenim plane absurdus esset Theseus, si Oedipo irae suae modum poni vetante, quasi ille auxilium suum implorasset, graviter asseveraret, salvum fore, siquidem ipse salvus esset. Recte ergo Vitus. Metuebat enim Oedipus, ne Polynices quoque id ageret, ut eum ab hoc loco abduceret. Id et Thesei verba v. 1177. et Antigonae v. 1187. arguunt, Polynicesque ipse comprobat v. 1344.

ὦ πρέσβυ. κομπεῖν δ' οὐχὶ βούλομαι· σὺ δὲ
σῶς ἴσθ', ἐάν περ κἀμέ τις σώζῃ θεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

Ὅστις τοῦ πλέονος μέρους
χρῄζει, τοῦ μετρίου παρεὶς
ζώειν, σκαιοσύναν φυλάσ-
σων ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται.
ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ
ἁμέραι κατέθεντο δὴ
λύπας ἐγγυτέρω· τὰ τέρ-

V. 1212. Libri omnes *σῶν*. Scaligeri emendationem *σῶς* receperunt recentiores editores. Inepta explicatio in T. *ἤγουν σῶον ἐμέ.* In Laur. Α. ad *σὺ δὲ* supra scriptum *δέ σε*. Reisigius scribi posse observat *σὲ δὲ σῶν ἴσθ'*. Quae praecedunt Thesei verba, *ἅπαξ τὰ τοιαῦτ', οὐχὶ δὶς χρῄζω κλύειν*, ad ea spectant, quae in prima cum Theseo congressione dixerat Oedipus, recipi se Athenis, tutumque ab iis, qui se repetitum venturi essent, praestari orans.

V. 1214. Male Brunckius post *παρεὶς* comma posuit. Nihil in hoc loco difficultatis est si recte verba construas: *ὅστις τοῦ πλέονος μέρους χρῄζει, παρεὶς τοῦ μετρίου χρῄζων ζώειν·* qui maiorem partem expetit, negligens vivere modicam expetens. Nam vitam quum in altera parte sententiae nominet, apertum est etiam in priore de vita esse cogitandum.

V. 1215. Libri Tricliniani *αἰεὶ* post *σκαιοσύναν* inserunt.

V. 1219. Male Brunckius *λύπας* pro accusativo habuit. Sensus est: multa iam longior vita

ποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὅπου,
ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ
τοῦ θέλοντος· ὁ δ' ἐπίκουρος

---

propius dolori admovit: i. e. longa vita saepe eo adduxit res humanas, ut plus doloris quam voluptatis haberent.

V. 1220. Libri, οὐκ ἂν ἴδοις ὁπότ' ἂν τις vel ὁπόταν τις. Par. F. ὁππότ' ἄν τις. Nihil attinet aliorum infelices coniecturas commemorari. Veram esse scripturam, quam et Elmsleius in Musei crit. Cant. T. I. p. 352. et ante eum ego coniectura assequuti sumus, docet adnotatio, quam idem Elmsleius ex cod. Laur. A. protulit: γρ. ὅπου ὅτ' ἄν τις. Corrupit eam scholiorum editor Romanus.

V. 1222. Τὸ θέλον voluntatem significat. Cuius generis quaedam attulit Reisigius in Coniect. in Aristoph. p. 143. Genitivus vero non regitur a comparativo, quae opinio Musgravium perturbavit, sed ut τὸ πολὺ τοῦ θέλοντος, ita etiam τὸ πλέον dictum. Sensus est: si quis in id, quod in cupiendo nimium est, incidit: i. e. si quis modum in cupiendo excedit. Quae sequuntur verba, in edd. et aliquot codd. sic scripta sunt, οὐδ' ἔπι κόρος, nec nisi in accentibus variant MSS. ut alii ἐπὶ, alii iunctim ἐπίκορος habeant. Sed Laur. A. et Par. F. οὐδ' ἔπι κοῦρος. Scholiastes, cuius adnotatio non vacua est mendis: οὐδ' ἔπι κοῦρος. γράφεται κόρος. ταῦτα καθ' ἑαυτόν. φησὶ δὲ ὁ χορός, τῷ πλεονεκτεῖν ἐθέλοντι παρὰ τὸ καίριον καὶ τὸ μέτριον, ἄχορός ἐστιν οὗτος ἰσοτέλεστος. ὁμοίως ἀποθνήσκουσιν οἱ τοιοῦτοι. τὸ ἑξῆς δέ, ἰσοτέλεστος θάνατος. τὰ δὲ ἄλλα διὰ μέσου. βῆναι κεῖθεν ὅθεν περ ἥκει πολὺ δεύτερον ὡς τάχιστα. τοῦτό ἐστι τὸ ἑξῆς. οἷον, οὐδὲ ἔπεστιν αὐτοῖς κόρος ἰσοτέλεστος τοῦ Ἅιδου. τότε

ἰσοτέλεστος Ἄϊδος, ὅτε Μοῖρ'
ἀνυμέναιος, ἄλυρος, ἄχορος

γὰρ ὁ τοιοῦτος κόρος λαμβάνει τέλος, ὅτε ἂν ὁ Ἅιδης ἐπέλθῃ. Eadem fere Triclinius: οὐ παύονται, φησί, τοῦ κόρου, πρὶν εἰς θάνατον ἔλθωσιν· ἢ ὅτι εἰς πλέον τοῦ προσήκοντος ἀφανῆ τὰ τέρποντα γίνεται καὶ πᾶσιν ἄδηλα. ταῦτα δὲ καθ' ἑαυτόν φησιν ὁ χορός, ὅτι ὁ πλεονεκτεῖν ἐθέλων παρὰ τὸ μέτριον καὶ τὸ καίριον, ἄχαρίς ἐστιν οὗτος. ἰσοτέλεστος, ὁμοίως γὰρ ἀποθνήσκουσι, φησίν, οἱ τοιοῦτοι. τὸ ἑξῆς δέ, ἰσοτέλεστος θάνατος· τὰ δ' ἄλλα διὰ μέσου καὶ βῆναι κεῖθεν ὅθεν περ ἥκει ὡς τάχιστα. τὸ δ' ὅλον, οὐδὲ ἔπεστι κόρος αὐτοῖς, ἰσοτέλεστος τοῦ Ἅιδου. τότε γὰρ ὁ τοιοῦτος κόρος λαμβάνει τέλος, ὅταν ὁ Ἅιδης ἐπέλθῃ. Haesitant interpretes in constructione verborum, maxime quo referant ἰσοτέλεστος, sensumque verborum adumbrant magis, quam ut iustam afferant explicationem. Pluribus de h. l. disputavit E. Wunderus Adversar. in Soph. Philoctetam p. 77. seqq. Si legitur οὐδ' ἔπι κόρος, intelligendum est ᾖ pendens ex ὅταν, hoc modo: non videas quae oblectent, ubi quis nimius sit in cupiendo, neque ei sit satietas. At sic quae sequuntur non recte cohaerent. Nam sive sensus est, neque ei sit satietas pariter finiens cum vitae exitu, (ἰσοτέλεστος Ἄϊδος) quum fatalis hora apparet, mors ultima rerum, sive, ἰσοτέλεστος cum sequentibus iuncto, hoc dicitur, neque ei sit satietas, quum omnes peraeque homines corripiens mors apparet, inepta evadit sententia. Alterum enim, si paucis comprehendas, est, non vivit iucunde, qui vivendo non satiatur usque dum moriendum est; alterum, non vivit iucunde, qui non satia-

ἀναπέφηνε,
θάνατος ἐς τελευτάν.

---

tur vivendo, quum est moriendum. Itaque Musgravius legendum censuit *οὐδ' ἐπίκουρος*, iungens id cum *θάνατος ἐς τελευτάν*, caeteris in medio positis; in antistropha autem scribens *τό τ' αὖ κατάμεμπτον.* Eamque rationem probavit Reisigius, sed ut construeret, *οὐδὲ θάνατος, ἰσοτέλεστος Ἄϊδος, ἐπίκουρός ἐστι*, active dictum volens *ἰσοτέλεστος*. Ex his veram esse puto Reisigii interpretationem verborum *ἰσοτέλεστος Ἄϊδος*, non veram autem scripturam *οὐδ' ἐπίκουρος*, tum quia non est verisimile dactylo turbatum esse trochaeorum incessum, tum vero etiam propter sententiam, quae minime apta est. Nam quid hoc est: non videas iucunde viventem, qui nimium vitae spatium expetit: neque ei mors adiutrix est, pariter omnibus vitae finem afferens.' Cuius tandem rei adiutrix? Quasi vero sperare possit, qui longam sibi vitam exoptat, mortem aliquid ad vivendum esse collaturam. Vnius literae in libris omnibus adiectio vitiavit locum venustissimum. Nam recte sane se habet *ἐπίκουρος*, sed pro *οὐδ'* legendum erat *ὁ δ'*. Constructio est, *ὁ δ' ἐπίκουρος θάνατος ἐς τελευτὴν ἰσοτέλεστός ἐστιν Ἄϊδος*. Sensus est: non videas quae oblectent, quum quis in nimiam vivendi cupiditatem incidit: sed opifera postremo mors aeque interitum adducit, quum Parca sine hymenaeis, sine lyra, sine choreis apparet. *Ἐπίκουρον* satis constat dici opiferum: unde *κακῶν* et *νόσου ἐπίκουρος* apud Euripidem. Est autem sic dictus, ut alibi *Θάνατος Παιάν*, vitae malis medelam afferens. Nec *θάνατος ἰσοτέλεστος Ἄϊδος* tautologiam continet: nam Orci appellatione si-

ἀντιστροφή.

μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νι-
κᾷ λόγον· τὸ δ', ἐπεὶ φανῇ,
βῆναι κεῖθεν ὅθεν περ ἥ-
κει, πολὺ δεύτερον, ὡς τάχιστα.
ὡς εὖτ' ἂν τὸ νέον παρῇ
κούφας ἀφροσύνας φέρον,
τίς πλάγχθη πολὺ μόχθος ἔ-

---

gnificatur discessus ad inferos, quamque in Orco vitam degunt mortui.

V. 1228. Male Brunckius ἐπὴν scripsit, quod ἐπεὶ non putabat cum coniunctivo construi. At vide ad Vigerum p. 929. et ad Antig. 1012.

V. 1229. *Κεῖθεν ὅθεν περ*, usitatissima attractione pro κεῖσε ὅθεν περ dictum, cuius non memor fuit Reisigius. Simillima vide ad Vigerum p. 941.

V. 1233. Scholiastes: *τίς πλάγχθη.* *τοῦτο ἰδίως ἐξήνεγκε. βούλεται δέ τι τὸ τοιοῦτον σημαίνειν, τίς ἂν πλαγχθείη τῶν πολλῶν μόχθων; πολύμοχθος ἔξω. τίς ἔξω τοῦ πολύμοχθος εἶναι ἐπλανήθη. τίς οὐ καμάτων ἔνι. ταῦτα ὥσπερ ἐρωτηματικῶς εἴρηται κατὰ τοιαύτην ὑπόκρισιν, καθ' ἣν ἐμφαίνεται πρότερον μέν, ὅταν εἴπῃ, τίς πλάγχθη τῶν μόχθων τῶν πολλῶν, ὑπακουόμενον τὸ τοιοῦτον, οὐδείς· πάλιν δέ, ὅταν ἑξῆς ἐπιζεύξῃ, τίς οὐ καμάτων ἔνι, τὸ πᾶς. βούλεται γὰρ καὶ νῦν κατὰ τὸ ὅμοιον λέγειν, οὐδείς ἐστι κάματος, ὃς οὐκ ἔνεστιν.* Scilicet libri omnes *πολύμοχθος*. At illa nimis profecto mira est locutio, *πολύμοχθος ἔξω* pro *ἔξω πολλῶν μόχθων*. Ferendam eam alii iudicarunt, alii infelicibus coniecturis tentarunt. Ego divisim scripsi. Construe *τίς μόχθος πλάγχθη πολὺ ἔξω;* Hoc dicit: nam quum iuventa adest, quis longe discedit labor? quae non in-

ξω; τίς οὐ καμάτων ἔνι;
φόνοι, στάσεις, ἔρις, μάχαι,
καὶ φθόνος· τό τε κατάμεμπτον
ἐπιλέλογχε πύματον ἀκρατὲς
ἀπροσόμιλον γῆρας ἄφιλον,
ἵνα πρόπαντα
κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ.

ἐπῳδός.

ἐν ᾧ τλάμων ὅδ', οὐκ ἐγὼ μόνος,
πάντοθεν βόρειος ὥς τις ἀκτὰ
κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται,

---

est molestia? caedes, dissidia, rixae, pugnae, et invidia.

V. 1237. Eustathius p. 790, 62. (705, 17.) *χαλεπότητες δὲ γήρως ἑτεροῖαί τε φαίνονται, καὶ ὁποίαν δὲ ἐκτίθεται Σοφοκλῆς, φράσας οὕτω· ἀκρατὲς, ἀπροσόμιλον γῆρας ἄφιλον, ἵνα, τουτέστιν ὅπου πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ. ὧν ἓν λέγει καὶ τὸ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀμελεῖσθαι τὸν γέροντα. δριμέως δὲ ἀκρατὲς ἐκεῖνος γῆρας φησίν, οὐ τὸ ἀκόλαστον, ἀλλὰ τὸ ποιοῦν πάρεσιν, ὡς μὴ ἔχοντα τὸν γέροντα κρατεῖν ἑαυτοῦ.*

V. 1242. Non inelegans, sed minime tamen necessaria est Reisigii coniectura *ποντόθεν*. Quin praestat *πάντοθεν* quia id ipsum demonstrare vult chorus, *πάντοθεν κλονεῖσθαι* Oedipum. Ad hunc enim, non ad littus referendum illud adverbium.

V. 1243. Recte Elmsleius, ut mihi videtur, *τλάμων ὅδε κλονεῖται* coniungenda putat: quamquam ne illud quidem reprehendi potest, si quis *κλονεῖται* tantum ad *ἀκτὰ* referri, deinde autem pro repetito *κλονεῖται* mutata constructione *ὣς καὶ τόνδε ἆται κλονέουσι* dictum esse censebit. Sed tamen prior illa ratio melior videtur, quia sic

ὣς καὶ τόνδε κατάκρας
δειναὶ κυματοαγεῖς
ἆται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι·
αἳ μὲν ἀπ' ἀελίου
δυσμᾶν, αἳ δ' ἀνατέλ-
λοντος, αἳ δ' ἀνὰ μέσσαν
ἀκτῖν', αἳ δ' ἐννυχιᾶν ἀπὸ ῥιπᾶν.

---

saepe duplex apodosis mediam habet protasin, ut ea figura valde placuisse tragicis videatur.

V. 1244. Brunckius recte ὣς pro vulgato ὡς.

V. 1246. In edd. olim ἄται. Par. A. T. Ricc. Farn. ἆται. Laur. A. B. Par. B. F. Vat. Ven. αἴτε. Tum κλονέουσιν libri omnes, praeter Farn. qui κλονέσουσιν. Non laudo quod Elmsleius antiquam et poeticam formam in κλονοῦσιν etiam cum numerorum dispendio mutavit.

V. 1247. Restitui descriptionem versuum ab libris traditam. Pessimos numeros, si illi vocari numeri possunt, dedit Brunckius: et tamen eum non solum Elmsleius, sed etiam Reisigius sequuti sunt.

V. 1250. Libri αἱ δὲ νυχίαν, nisi quod Par. B. T. νυχιᾶν, emendato accentu, quem etiam Reisigius exhibuit, Farn. autem νυχᾶν. Quum scholiastes scribat, λέγει δὲ αὐτὰ ἐννύχια, metro postulante ἐννυχιᾶν dedi. Terminatur versus antispasto. Et hoc quidem vidit etiam Reisigius. Sed et hic et alii interpretes Ῥιπᾶν cum scholiasta de Rhipaeis montibus dictum volunt. Heathius vero astrorum nocturnos radios eo nomine indicari censet, παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπὰς ex Electr. 105. afferens, quem sequitur Brunckius. Hoc quidem perobscure dictum esset, non addito nomine aliquo fulgoris significationem continente. De Rhipaeis montibus vero cogitare quemquam potuisse,

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καὶ μὴν ὅδ' ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὁ ξένος
ἀνδρῶν γε μοῦνος, ὦ πάτερ, δι' ὄμματος
ἀστακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ.

---

etiam atque etiam miror. Nam si partem caeli septemtrionalem dicere voluit chorus, Boreae potius nomine vel alia in hoc genere usitata formula uti debuit, quae partem illam caeli indicaret, non autem certum quemdam eumque remotissimum locum dicere: quod perabsurdum est. Verum ne vult quidem locos dicere, sed tempus intelligit, de quo, propter illam qua usus est undarum comparationem, similiter ut de locis loquitur. Quum enim dicere velit vesperi et mane, meridie et media nocte malis urgeri Oedipum, tanquam de undis dicit: malorum ad eum fluctus appellunt alii ab solis occasu, alii oriente, alii per medium aestum, alii ab nocturnis auris. Id sic est accipiendum: et occidens sol et oriens et meridies et nocturni venti eum admonent de suis malis. De ventis enim, quos noctu maxime auribus percipimus, intelligenda vox *ῥιπᾶν*. Apollonius Rhodius I. 1015. *οὐ μὲν ἰούσης νυκτὸς ἔτι ῥιπὴ μένεν ἔμπεδον, ἀλλὰ θύελλαι ἀντίαι ἁρπαγδὴν ὀπίσω φέρον.* Et IV. 1684. *ἀλλ' ὥς τίς τ' ἐν ὄρεσσι πελωρίη ὑψόθι πεύκη, τήν τε θοοῖς πελέκεσσιν ἔθ' ἡμιλῆγα λιπόντες ὑλοτόμοι δρυμοῖο κατήλυθον· ἡ δ' ὑπὸ νυκτὶ ῥιπῇσιν μὲν πρῶτα τινάσσεται, ὕστερον αὖτι πρυμνόθεν ἐξεαγεῖσα κατήριπεν.*

V. 1251. Bene observat Reisigius, caute Antigonam non statim nomen Polynicis inimicum Oedipo effari, sed ita eum designare, ut miserationem movere studeat. Vnde eum praeter morem virorum in lacrimas effusum refert.

V. 1253. Bothius *ἄστακτα*, quod v. 1646. Br. *ἀστακτὶ* ultimam productam habeat. Huius ter-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς οὗτος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὅνπερ καὶ πάλαι κατείχομεν
γνώμῃ, πάρεστι δεῦρο Πολυνείκης ὅδε.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

οἴμοι, τί δράσω; πότερα τἀμαυτοῦ κακὰ
πρόσθεν δακρύσω, παῖδες, ἢ τὰ τοῦδ' ὁρῶν
πατρὸς γέροντος; ὃν ξένης ἐπὶ χθονὸς
ξὺν σφῷν ἐφεύρηκ' ἐνθάδ' ἐκβεβλημένον,
ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδε, τῆς ὁ δυσφιλὴς
γέρων γέροντι συγκατῴκηκεν πίνος,
πλευρὰν μαραίνων, κρατὶ δ' ὀμματοστερεῖ
κόμη δι' αὔρας ἀκτένιστος ᾄσσεται·
ἀδελφὰ δ', ὡς ἔοικε, τούτοισιν φορεῖ
τὰ τῆς ταλαίνης νηδύος θρεπτήρια.
ἁγὼ πανώλης ὄψ' ἄγαν ἐκμανθάνω·
καὶ μαρτυρῶ κάκιστος ἀνθρώπων τροφαῖς
ταῖς σαῖσιν ἥκειν τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πάθη.

---

minationis adverbia si sunt ab nominibus derivata, ultimam communem habere videntur; sin a verbis, necessario brevem.

V. 1261. Libri *πόνος*. Ex Scaligeri Reiskiique coniectura inde a Brunckio editum *πίνος*.

V. 1263. *Ἀκτένιστος* ex h. l. affert Pollux II. 34. De verbo *ᾄσσεται* v. Porson. ad Orest. 1427.

V. 1264. Cod. Ven. *φέρει*.

V. 1268. MSS. omnes *τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ*. Et sic etiam edd. Triclinianae. Antiquiores autem *τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πάθῃ*. Brunckius *τοῦτο μὴ 'ξ*

ἀλλ' ἔστι γὰρ καὶ Ζηνὶ σύνθακος θρόνων

ἄλλων πύθη edidit, rectius facturus Elmsleio iudice ad Heracl. 659. si ταῦτα scripsisset. Sed recepit nunc Elmsleius cum Reisigio Reiskii Musgraviique emendationem τἀμά· sed Reiskius male πυθοῦ, nec recte Musgravius, quem sequitur Reisigius, commate distinxit post ἥκειν, ut μὴ sit pro ἵνα μὴ dictum: quae satis languida oratio foret. Recte Elmsleius plenam post ἥκειν interpunctionem posuit, si quidem ita legendum est. Placebat ea scriptura etiam Porsono in Advers. p. 168. et apud Kiddium p. 217. Apte comparant Electr. 1225. μηκέτ' ἄλλοθεν πύθῃ. Possentque eiusmodi etiam alia congeri. Tametsi vero perelegans illa emendatio est et nescio an vera, tamen aliam putavi viam ingrediendam esse, et quidem eam ipsam, quam Reisigius vetat ingredi, monens cavendum esse, ne quis etiam typothetae peccatum πάθῃ pro fundamento novae coniecturae ponat. Id recte monitum putarem, si ex sola Aldina derivatum esset πάθῃ. Sed quum id etiam secunda Iuntina habeat, quae ex alio est codice impressa, eo argumento intelligi potest, non typothetae cuiuspiam negligentia, sed codicum fide in antiquis edd. ita legi, licet Brunckii codices πύθῃ habeant, neque aliter in Elmsleii MSS. legi videatur. Sed interpunctione post ἥκειν et iota subscripto remotis optima illa est et aptissima scriptura: καὶ μαρτυρῶ κάκιστος ἀνθρώπων τροφαῖς ταῖς σαῖσιν ἥκειν τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πάθη. Et testor, inquit, me pessimum hominum vitae tuae venisse ad reliqua non ab aliis tibi illata mala. In his ἄλλα propter verba μὴ ἐξ ἄλλων distincte et significanter additum, quod etiam sic dici potuit τἄλλ' ἃ μὴ 'ξ ἄλλων πάθη· sed non opus. Eadem enim constructio est ac supra v. 78. τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ μὴ κατ' ἄστυ δημόταις. Dum

Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι, καὶ πρὸς σοί, πάτερ,
παρασταθήτω. τῶν γὰρ ἡμαρτημένων
ἄκη μέν ἐστι, προςφορὰ δ' οὐκ ἔστ' ἔτι.
τί σιγᾷς;
φώνησον, ὦ πάτερ, τι· μή μ' ἀποστραφῇς.
οὐδ' ἀνταμείβει μ' οὐδέν; ἀλλ' ἀτιμάσας
πέμψεις ἄναυδος, οὐδ' ἃ μηνίεις φράσας;
ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες,
πειράσατ' ἀλλ' ὑμεῖς γε κινῆσαι πατρὸς
τὸ δυςπρόςοιστον κἀπροςήγορον στόμα·
ὡς μή γ' ἄτιμον, τοῦ θεοῦ γε προστάτην,

---

confitetur culpam Polynices, tamen non omnem in se recipit, sed, quod maxime e re sua esse putat, subindicat etiam alios, in primisque fratrem suum Eteoclem horum malorum Oedipo auctorem exstitisse.

V. 1270. Codd. nonnulli *πρὸς σοῦ*, quod ut defendi possit, non videtur tamen praeferendum esse.

V. 1272. Recte monet Reisigius, vocabulo *προςφορὰ* non exprobrationem, ut visum quibusdam est, sed accessionem significari; dicere igitur Polynicen, priora peccata se velle corrigere, non augere aliis. In quo mentem quidem eius assequutus est, sed non expressit vim verborum. Multo enim gravius ille, posse corrigi peccata, augeri non posse dicit.

V. 1277. De particula adversativa *δὲ* in hoc loco vide Elmsleium et nos ad Med. 940.

V. 1280. Edd. vett. *ὡς μήτ' ἄτιμον*. Triclinianae et codd. omnes, *ὡς μή μ' ἄτιμον*. Mox edd. Triclinianae *οὕτως ἀφῇ γε*, veteres autem *οὕτως μ' ἀφῇ γε*, cum quibus consentiunt MSS. praeter Ricc. in quo est *οὕτως μ' ἀφῆκε*. Nam illud vix

οὕτω μ᾽ ἀφῇ γε, μηδὲν ἀντειπὼν ἔπος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

λέγ᾽, ὦ ταλαίπωρ᾽, αὐτὸς ὧν χρείᾳ πάρει.
τὰ πολλὰ γάρ τοι ῥήματ᾽ ἢ τέρψαντά τι,

---

est pro diversitate scripturae habendum, quod est in Laur. A. *οὕτω σμ᾽ ἀφῆι γε.* Denique edd. Triclinianae et MSS. omnes *ἀντειπών.* Edd. vett. *ἀντειπεῖν.* Reisigius dedit, *ὡς μή μ᾽ ἄτιμον τοῦ θεοῦ γε προστάτην, οὕτως μ᾽ ἀφῇ γε,* repetitionem pronominis aliquot exemplis defendens. Elmsleius, repetito *γε* offensus, coniicit *οὕτως ἀφιῇ.* Reisigius quum intelligeret Aldinam scripturam *ὡς μήτ᾽* in *ὡς μή γ᾽* immutari posse, ut in Oreste 1612. *ὡς μή γ᾽ ἔχῃς σύ, τήνδ᾽ ἐπισφάξας πυρί,* ubi item Aldus *μήτ᾽*, eam coniecturam vellem recepisset. Sic enim apparet cur *γε* post *ἀφῇ* recte se habeat, quod est ex priore illo *γε* repetitum. Vide supra ad v. 1191. Ad eum igitur modum correxi.

V. 1283. Permirum est verba planissima neque ab H. Stephano, cui *τὰ πολλὰ* adverbialiter dictum videbatur, neque ab H. Grotio, qui hunc locum sic vertit ac si articulus *τὰ* ad participia pertineret, nec denique ab Reisigio, qui merito reprehendit Grotium, intellecta esse. Non magis enim fieri potest, ut, quemadmodum ei placet, sensus sit: plurimas orationes id valuisse. Nam quis umquam *ῥῆμα* pro oratione dixit? *Τὰ πολλὰ ῥήματα* sunt verba, quae quis multa facit. Hoc enim dicit Antigona: expone caussam adventus tui: multa enim et explicate loquendo fit, ut quis vel gratum quid, vel acerbum, vel miserabile dicat, quo qui prius obstinate tacebat, ad respondendum commoveatur.

ἢ δυσχεράναντ᾽, ἢ κατοικτίσαντά πως,
παρέσχε φωνὴν τοῖς ἀφωνήτοις τινά.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἀλλ᾽ ἐξερῶ· καλῶς γὰρ ἐξηγεῖ σύ μοι.
πρῶτον μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν ποιούμενος
ἀρωγόν, ἔνθεν μ᾽ ὧδ᾽ ἀνέστησεν μολεῖν
ὁ τῆσδε τῆς γῆς κοίρανος, διδοὺς ἐμοὶ
λέξαι τ᾽ ἀκοῦσαί τ᾽ ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ.
καὶ ταῦτ᾽ ἀφ᾽ ὑμῶν, ὦ ξένοι, βουλήσομαι,
καὶ ταῖνδ᾽ ἀδελφαῖν, καὶ πατρὸς κυρεῖν ἐμοί.
ἃ δ᾽ ἦλθον, ἤδη σοι θέλω λέξαι, πάτερ.
γῆς ἐκ πατρῴας ἐξελήλαμαι φυγάς,
τοῖς σοῖς πανάρχοις οὕνεκ᾽ ἐνθακεῖν θρόνοις
γονῇ πεφυκὼς ἠξίουν γεραιτέρᾳ.
ἀνθ᾽ ὧν μ᾽ Ἐτεοκλῆς, ὢν φύσει νεώτερος,
γῆς ἐξέωσεν, οὔτε νικήσας λόγῳ,
οὔτ᾽ εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὐδ᾽ ἔργον μολών,

V. 1290. Laur. A. *ἀσφαλῆι σὺν ἐξόδωι.* Caeteri MSS. fere *ἀσφαλῆ σὺν ἐξόδῳ.* Veram scripturam editi exhibent.

V. 1291. Atque hoc, inquit, quod ille mihi promisit, vos ratum facere volò.

V. 1293. Par. B. T. Farn. Vat. Ven. *ἃ δ᾽ ἦλθον ὧδε.* Caeteri codices cum edd. *ἤδη.*

V. 1299. Libri *οὔτ᾽ ἔργον*, quae verba quum Reisigio non elegantem amplificationem continere viderentur, scriptura Aldinae *οὐτ᾽* sine accentu ansam ei praebuit corrigendi *χειρὸς αὐτουργοῦ.* Rectius Aldinae scriptura usus esset, si scripsisset *οὐδ᾽ ἔργον.* Id enim flagitat lex linguae, mirorque neglectum esse ab Elmsleio, qui alias in hoc genere diligentissimus est.

πόλιν δὲ πείσας. ὧν ἐγὼ μάλιστα μὲν
τὴν σὴν Ἐρινὺν αἰτίαν εἶναι λέγω·
ἔπειτα κἀπὸ μαντέων ταύτῃ κλύων.
ἐπεὶ γὰρ ἦλθον Ἄργος ἐς τὸ Δωρικόν,
λαβὼν Ἄδραστον πενθερόν, ξυνωμότας
ἔστησ' ἐμαυτῷ γῆς ὅσοιπερ Ἀπίας
πρῶτοι καλοῦνται, καὶ τετίμηνται δορί,
ὅπως τὸν ἑπτάλογχον ἐς Θήβας στόλον
ξὺν τοῖσδ' ἀγείρας, ἢ θάνοιμι πανδίκως,
ἢ τοὺς τάδ' ἐκπράξαντας ἐκβάλοιμι γῆς.
εἶεν. τί δῆτα νῦν ἀφιγμένος κυρῶ;

V. 1302. Laur. B. Par. A. Ricc. *ταύτῃ κλύων*, ut editi ante Brunckium. Laur. A. Par. B. F. Farn. Vat. Ven. *ταύτῃ κλύω*, quod recepit Brunckius. Sic etiam Par. T. in quo *ην* ad *ταύτῃ* supra scriptum, quam lectionem adnotavit Turnebus. Recte Reisigius cum eoque Elmsleius *κλύων* restituerunt, quae est elegantior orationis compositio.

V. 1303. Doricum Argos dicit, Peloponnesios ab illis distinguens, *ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον, Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί.* Respicit hunc versum Eustathius ad Dionysium v. 419.

V. 1305. Apis, ut Sicyonii teste Pausania II. 5, 5. ferebant, rex fuerat Peloponnesi, a quo tota Peloponnesus nomen Apiae terrae accepit. Ex iis, quae de eo rege Aeschylus Suppl. 270. seqq. refert, intelligitur nomen illud *τὸν ἤπιον* significare, fabulamque illam ad vitae humanioris cultum in illis locis introductum spectare. Simul apparet, magis cum ea nominis derivatione productionem primae syllabae adiectivi *Ἄπιος*, quae tragicis usitata est, quam correptionem, quae epicis placuit, convenire.

σοὶ προστροπαίους, ὦ πάτερ, λιτὰς ἔχων,
αὐτός τ' ἐμαυτοῦ, ξυμμάχων τε τῶν ἐμῶν,
οἳ νῦν ξὺν ἑπτὰ τάξεσι, ξὺν ἑπτά τε
λόγχαις, τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν·
οἷος δορυσσοῦς Ἀμφιάρεως, τὰ πρῶτα μὲν
δόρει κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς·
ὁ δεύτερος δ' Αἰτωλὸς Οἰνέως τόκος
Τυδεύς· τρίτος δ' Ἐτέοκλος, Ἀργεῖος γεγώς·
τέταρτον Ἱππομέδοντ' ἀπέστειλεν πατὴρ
Ταλαός· ὁ πέμπτος δ' εὔχεται κατασκαφῇ
Καπανεὺς τὸ Θήβης ἄστυ δῃώσειν πυρί·

V. 1312. Libri *αὐτός γ'*. Reisigius et Elmsleius ex Reiskii Schaeferique sententia sustulerunt mendam.

V. 1315. Edd. *δορύσσους*, neque aliter, ut videtur, MSS. Reisigius *δορυσσοῦς*, quia *δορυσσόος* est apud Hesychium. Quem sequutus est Elmsleius. De ducibus illis diligenter explicuit Reisigius.

V. 1316. Libri *δορί*. Reisigius edidit *δόρει* ex mea emendatione apud Erfurdtium ad Ai. p. 627. V. Seidlerum ad Eurip. El. 429. et quae supra dixi ad v. 626. Elmsleius audacius neque eleganti numero *ἐν δορί*.

V. 1321. Edd. *δῃώσειν τάχα* cum Par. A. Ricc. Caeteri MSS. *πυρί*, etiam Venetus, quod praetuli. Consueverunt enim tragici non silentio praeterire Capanei facinus. *Τάχα* debetur correctoribus, qui non putabant *πυρὶ* et *κατασκαφῇ* recte coniungi. Sed additum est *πυρὶ* rei accuratius describendae caussa, quod genus frequens est in accusativo, rarius aliis in casibus. Aeschylus Pers. 820. *θῖνες δὲ νεκρῶν καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν, ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν.*

ἕκτος δὲ Παρθενοπαῖος Ἀρκὰς ὄρνυται,
ἐπώνυμος τῆς πρόσθεν ἀδμήτης χρόνῳ
μητρὸς λοχευθείς, πιστὸς Ἀταλάντης γόνος·
ἐγὼ δέ, σός, κεἰ μὴ σός, ἀλλὰ τοῦ κακοῦ

V. 1324. Nullam in hoc versu interpunctionem habent edd. ante Brunckium. Brunckius, cum eoque Elmsleius non bene interpunxerunt post μητρός. Laborant autem in vocabulo πιστός, quod Musgravius eum significare putat, de quo dubitari non possit utrum sit Atalantae filius necne; Brunckius, coniungens cum λοχευθείς, vertit, Atalantae partu editum se probans; Reisigius dignum Atalanta interpretatur; Elmsleius similem matri designare existimat. Quae mihi quidem permira videntur, maxime Musgravii Brunckiique opinio. Si quod ipsa verborum natura ratioque postulat, post λοχευθεὶς distinxissent, vidissent fidum dici Parthenopaeum, quod fidus esset Polynici socius. Hic est enim verborum sensus: sextus autem Parthenopaeus Arcas venit, a matre diu quondam virgine, unde nomen habet, partu editus, fidus Atalantae filius.

V. 1325. Libri omnes, ἐγὼ δὲ σός. Brunckius ἐγὼ δ' ὁ σός, articulum abesse non posse ratus. Elmsleius, qui cum Reisigio librorum scripturam revocavit, vellem tamen non dixisset eam frustra a Brunckio mutatam esse. Nam si, quod existimasse videtur Brunckius, se septimum illorum esse dicit Polynices, omnino necessarius est articulus: sed tum non δέ, sed τὲ poni debebat: ἐγώ θ' ὁ σός. Illud δὲ autem ostendit, hoc illum dicere: ego vero dux sum illius exercitus. Ex quo consequitur, etsi etiam ὁ σός dicere potuit, tamen recte dictum esse σὸς sine articulo, quia significat σὸς ὤν, quum tuus sim. Refertur enim

πότμον φυτευθείς, σός γέ τοι καλούμενος,
ἄγω τὸν Ἄργους ἄφοβον ἐς Θήβας στρατόν.
οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς, πάτερ,
ἱκετεύομεν ξύμπαντες ἐξαιτούμενοι,
μῆνιν βαρεῖαν εἰκάθειν ὁρμωμένῳ
τῷδ' ἀνδρὶ τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου τίσιν,
ὅς μ' ἐξέωσε κἀπεσύλησεν πάτρας.
εἰ γάρ τι πιστόν ἐστιν ἐκ χρηστηρίων,
οἷς ἂν σὺ προσθῇ, τοῖς δ' ἔφασκ' εἶναι κράτος.
πρός νύν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων,

---

ad ea, quae mox dicturus est. Hoc enim in mente habet: ego vero dux sum illorum, qui quum tuus sim filius, te per hasce puellas tuamque ipsius animam oramus, ut adiuves expeditionem nostram.

V. 1332. Reisigius, quoniam ἀποσυλᾶν, quum est privare, accusativo iungi soleat, genitivo autem iunctum abstrahere significet, ita interpunxit, ut πάτρας ad ἐξέωσε referretur. Assentior ego Elmsleio, qui si illa vera essent, Sophoclem scripturum fuisse putat, ὅς μ' ἐξέωσε, κἀπεσύλησεν πάτραν· sed videri ἀποσυλᾶν ut ἀποστερεῖν, utrumque casum regere posse. Illud tamen veri simile est, genitivo non usurum fuisse poetam, i i addidisset ἐξέωσε.

V. 1334. Vulgo τοῖσδ'. Vide ad Philoct. 86. Tum κράτος editi et plerique MSS. Sed Par. T. Farn. κράτει, unde a Turnebo adnotatum κράτη.

V. 1335. Edd. et MSS. Laur. B. Par. A. Ricc. πρὸς θεῶν ὁμογνίων. Caeteri codd. καὶ θεῶν ὁμογνίων. De diis ὁμογνίοις, qui sunt gentilitii, videndus Ruhnkenius ad Timaeum p. 192. Refertur autem quae in eo adiectivo inest notio simul ad fontes. Vnde scholiastes: παθητικόν ἐστι τὸ πρὸς

R 2

αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικάθειν, ἐπεὶ
πτωχοὶ μὲν ἡμεῖς καὶ ξένοι, ξένος δὲ σύ·
ἄλλους δὲ θωπεύοντες οἰκοῦμεν σύ τε
κἀγώ, τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληφότες.
ὁ δ' ἐν δόμοις τύραννος, ὢ τάλας ἐγώ,
κοινῇ καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἁβρύνεται·
ὅν, εἰ σὺ τἠμῇ ξυμπαραστήσει φρενί,
βραχεῖ ξὺν ὄγκῳ καὶ χρόνῳ διασκεδῶ.

πατρῴων κρηνῶν ὁρκοῦν· ὡς εἰ ἔφη, πρὸς τῶν ἐκθρεψάντων σε ὑδάτων.

V. 1337. Par. B. T. Farn. Vat. Ven. πτωχὸς δὲ σύ. In Par. B. supra scriptum ξένος, quod caeteri libri in textu habent.

V. 1339. Brunckius et Elmsleius ex Valckenarii coniectura ad Hippol. 809. quam firmavit Laur. B. ἐξειληχότες. Caeteri libri ἐξειληφότες, quod servavit Reisigius, licet cur servandum esset, non perspectum habens. Non enim de fortuna, quam a fatis sibi destinatam sustineant, dictum est hoc verbum, sed de ea, quam ab illis, a quibus patria pulsi sint, acceperint. Mendici sumus et hospites, aliisque servientes vivimus, et ego et tu eadem sorte accepta. Hinc statim Eteoclis gaudentis eorum miseria mentio iniicitur.

V. 1342. Male edd. Triclinianae cum parte codicum ξυμπαραστήσεις. Par. A. ξυμπαραστήσῃς. Laur. B. Ricc. et edd. vett. ξυμπαραστήσῃ. Brunckius cum Reiskio emendatam scripturam dedit.

V. 1343. Edd. ante Brunckium et cod. Ricc. βραχεῖ σὺν ὄγκῳ καὶ πόνῳ. Idque supra scriptum in Par. A. qui in textu ut caeteri codd. pro πόνῳ habet χρόνῳ, quod receperunt recentiores editores. Schaeferus πόνῳ pro interpretatione ad ὄγκῳ adiectum fuisse coniicit.

ὥστ᾽ ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ᾽ ἄγων,
στήσω δ᾽ ἐμαυτόν, κεῖνον ἐκβαλὼν βίᾳ.
καὶ ταῦτα μὲν σοῦ ξυνθέλοντος ἔστι μοι
κομπεῖν· ἄνευ σοῦ δ᾽, οὐδὲ σωθῆναι σθένω.

ΧΟΡΟΣ.

τὸν ἄνδρα, τοῦ πέμψαντος οὕνεκ᾽, Οἰδίπους,
εἰπὼν ὁποῖα ξύμφορ᾽, ἔκπεμψαι πάλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ᾽ εἰ μέν, ἄνδρες, τῆσδε δημοῦχος χθονὸς

V. 1344. Pro *ἄγων* Par. B. Vat. Ven. *ἐγώ.*

V. 1346. Vulgo, *καὶ ταῦτα σοῦ μὲν ξυνθέλοντος*, et sic Laur. A. B. Par. A. Ricc. In Par. F. deest *σοῦ*, sed a prima manu *ταῦτα* in *ταῦτα σοῦ* mutatum. Par. B. T. Farn. Vat. Ven. *καὶ ταῦτα μὲν σοῦ ξυνθέλοντος*. Hanc collocationem verborum praeferendam iudicavi, tum quod in concludenda oratione *μὲν* aptius iungitur verbis primariis, tum *σοῦ ξυνθέλοντος* nihil est nisi repetitio eorum, quae modo dicta sunt, ut neque opus hic sit particula *μέν*, nec *σοῦ* recte videatur sub ictu metrico collocatum esse.

V. 1348. Libri *Οἰδίπου*. Reisigius et Elmsleius *Οἰδίπους*.

V. 1349. *Ἔκπεμψαι*, dimitte hinc a te.

V. 1350. Non opus esse articulo, *τῆσδ᾽ ὁ δημοῦχος χθονός*, quem Brunckius ex coniectura adiecit, satis a Schaefero Elmsleioque demonstratum est. Multo magis credat quis opus esse hic dici *ὦ ᾿νδρες*. Idque sensit etiam Reisigius, qui ingeniose coniicit, *ἄνδρες τῆσδε δημοῦχοι χθονός*. Non est tamen credibile, ita scripsisse poetam, tum quia tam verbosa compellatio minus convenit homini irato, tum quod nudum nomen Thesei

μὴ 'τύγχαν' αὐτὸν δεῦρο προςπέμψας ἐμοὶ
Θησεύς, δικαιῶν ὥςτ' ἐμοῦ κλύειν λόγους,
οὔτἄν ποτ' ὀμφῆς τῆς ἐμῆς ἐπῄσθετο·
νῦν δ' ἀξιωθεὶς εἶσι, κἀκούσας γ' ἐμοῦ
τοιαῦθ', ἃ τὸν τοῦδ' οὔ ποτ' εὐφρανεῖ βίον.
ὅς γ', ὦ κάκιστε, σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχων,
ἃ νῦν ὁ σὸς ξύναιμος ἐν Θήβαις ἔχει,
τὸν αὐτὸς αὑτοῦ πατέρα τόνδ' ἀπήλασας,
κἄθηκας ἄπολιν, καὶ στολὰς ταύτας φορεῖν,
ἃς νῦν δακρύεις εἰςορῶν, ὅτ' ἐν πόνῳ

---

hic, ubi regia auctoritate se permotum indicare vult Oedipus, non satis grave est. Sed recte se habet *ἄνδρες* sine *ὦ*, quae dicendi figura, quia minus placida est, hic animi irati indicium est. Alia ratio est loci Aeschylei in Persis 630. ad quem dicetur, cur non recte a Blomfieldio additum sit *ὦ*.

V. 1352. Non dixerim cum Schaefero, abundare particulam *ὥςτε*. Intendit enim vim verbi, ut aut per adeo aut vel exprimi possit: quod breviter indicavi ad Vigerum p. 949. Diversi generis est, quod ex Xenophonte affert, *ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ τῷ κέρατι ὡς ἀναπαύεσθαι.*

V. 1353. Libri *οὔτ' ἂν* vel *οὔ τ' ἄν*, quod quum Brunckius nesciret ex *οὔτοι ἂν* contractum esse, *οὐδ' ἂν* scripsit. *'Ομφὴν* non simpliciter vocem suam dicit, sed ut adsignificetur praedictio futuri.

V. 1354. Male, hic quidem, Laur. B. *κἀκούσας δέ μου.* Nec bene Vat. et Ven. *κἀκούσας γέ μου.* Hic enim aptius est pronomen *ὀρθοτονούμενον*, quod in vulgatis est.

V. 1356. De conversione orationis vide Porsonum ad Hec. 1187.

V. 1359. Laur. B. Par. A. Ricc. et edd. *φορεῖν.* Caeteri MSS. etiam Ven. *φέρειν.*

ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί.
οὐ κλαυστὰ δ' ἐστίν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα

V. 1362. Laur. B. Par. T. Farn. et edd. Triclinianae *κλαυτά.* Laur. A. *οὐ κλαυστ' ἐστίν*, sed ab eadem manu mutatum in *οὐ κλαυστὰ δ' ἐστίν*, ut habent Par. A. B. F. Ricc. Vat. et, ut videtur, Ven. et edd. vett. cum iisque Brunckius, quem Elmsleius ubique hanc formam, sicut Turnebum alteram probasse observat. Ipse *κλαυτὰ* praetulit, tum quod Laur. A. praeter hunc locum et El. 912. cum Turnebo consentiat, tum quod apud Aeschylum vulgati libri semper *μονόκλαυτος, νυμφόκλαυτος, πάγκλαυτος, πολύκλαυτος* habeant. Potuerat ipsum *κλαυτὸς* addere in Sept. ad Theb. 339. ubi in solis cod. Lips. et ed. Rob. *κλαυστὸν* scriptum est. Ego quidem suspicor in hoc nomine verbali idem accidisse, quod in *γνωστὸς* et *γνωτὸς* factum videri ad Oed. R. 362. adnotavi, ut hae formae subtili quodam significationis discrimine distinguerentur. Nam, nisi fallor, *κλαυτὸς* proprie est *defletus*, deinde autem ad exemplum aliorum verbalium, *lacrimabilis*; *κλαυστὸς* autem *lacrimandus*, i. e. quem convenit defleri. Id si est ita, quum caetera quae ex Aeschylo attulit Elmsleius, tum etiam *κλαυτὸν* in Septem ad Thebas recte se habebit; in hoc vero Sophoclis loco tenendum erit *κλαυστά.* Sed haec verba, *οὐ κλαυστὰ δ' ἐστίν*, quum a caeteris interpretibus, tum etiam ab Reisigio sic intelligi video: *non mihi lacrimandum est.* A quibus ut dissentiam, et collocatio verborum *ἐμοὶ μέν*, et quae praecedunt, *ἃς νῦν δακρύεις εἰςορῶν*, me movent, quae respiciens Oedipus illa dicit. Ex quibus consequitur, hoc eum dicere: *at non lacrimandum tibi est:* (i. e. non infecta haec fiunt lacrimis tuis) *sed mihi quidem ferenda, utcum-*

τάδ', ὥςπερ ἂν ζῶ σοῦ φονέως μεμνημένος.
σὺ γάρ με μόχθῳ τῷδ' ἔθηκας ἔντροφον,
σύ μ' ἐξέωσας· ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος
ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον.
εἰ δ' ἐξέφυσα τάςδε μὴ 'μαυτῷ τροφοὺς
τὰς παῖδας, ἦτἂν οὐκ ἂν ἦν, τὸ σὸν μέρος·
νῦν δ' αἵδε μ' ἐκσῴζουσιν, αἵδ' ἐμαὶ τροφοί,
αἵδ' ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, εἰς τὸ συμπονεῖν·
ὑμεῖς δ' ἀπ' ἄλλου, κοὐκ ἐμοῦ, πεφύκατον.
τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰςορᾷ μὲν οὔ τι πω

---

que vivam tui ut interfectoris mei memor.

V. 1363. Libri omnes, ὥςπερ ἂν ζῶ. Brunckius ἕως περ ἂν ζῶ. Recte libri, quomodocumque vivam. Addit Elmsleius, prorsus inauditum esse ἕωςπερ. Id ego quidem mirabor ni attendentes secus esse reperient.

V. 1368. Laur. A. in quo ν a correctore additum, B. Par. B. οὐκ ἂν ἦ. Caeteri codd. et edd. οὐκ ἂν ἦν. Omittit verbum Vat. Elmsleius ἦ recepit. Vide praef. nostram ad Oed. R. p. 22.

V. 1369. Par. A. Ricc. ἐμαὶ τροφαί. Par. B. Vat. Ven. ἐμοὶ τροφοί. Par. F. T. Farn. ἐμοὶ τροφαί, sed in F. οι supra scriptum. Laur. A. B. et edd. ἐμαὶ τροφοί.

V. 1370. MSS. recte συμπονεῖν. Edd. ante Brunckium ξυμπονεῖν.

V. 1372. Pro νῦν ὁρᾷ, quod T. Farn. Vat. Ven. et edd. Triclinianae habent, caeteri codd. et edd. veteres εἰςορᾷ. Deinde libri οὔτί πω, praeter Laur. A. in quo est οὔτί που, supra scripto πω. Schaefero οὔ τί πω ὡς αὐτίκα dictum videtur ut ὅσον αὐτίκα, ὅσον οὔπω, iamiam. Verum hoc esse puto, ut sit tantum non statim. Reisigius

ὡς αὐτίκ', εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόγοι
πρὸς ἄστυ Θήβης. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως πόλιν
κείνην ἐρεῖ τις· ἀλλὰ πρόσθεν αἵματι

---

dissentit a Schaefero, probans Stephanum, qui ad *ὡς αὐτίκα* intelligendum putat *ὄψεται*. Mihi quidem id ipsum voluisse videtur Schaeferus. Nam quid aliud est nondum ut statim quam mox?

V. 1375. MSS. omnes, etiam Ven. *ἐρεῖ τις*. Edd. Triclinianae *ἐρείψεις*, quae Elmsleio ipsius videtur Turnebi emendatio esse. Recepit eam tamen, Brunckium Reisigiumque sequutus. Ac nihil fingi potest speciosius. Sed tamen, etiam si illa fortasse codicis alicuius scriptura est, non levis manet suspicio, ingenioso eam correctori potius, quam ipsi poetae deberi, non quod *ἐρείψεις* gravius verbum sit quam exspectes, aut quod *κείνην* addi non opus fuerit: in huiusmodi rebus enim non est argutandum: sed quod codicum et veterum editionum scriptura tantum abest ut sensu careat, ut propterea tantum, quia difficilior est, correctione opus habuisse videatur. Est autem hic eius sensus: non est enim ut quis civitatem iactet illam urbem. Nam quemadmodum, si de patria sermo esset, nemo offenderetur, si scriptum videret *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως πάτραν κείνην ἐρεῖ τις*, ita, quum de civitate agitur, recte dictum est *πόλιν*, quae est civitas, cuius quis civis est. Unde Homerus, *πόθι τοι πόλις;* Et hic quidem Oedipus, quum in mente haberet de Polynice dicere, *οὐκ ἔσθ' ὅπως πόλιν κείνην ἐρεῖς*, leviter id mutat, dicens *ἐρεῖ τις*, quia statim etiam Eteoclem illa praedictione comprehensurus est, utrumque volens *ἄπολιν* esse. Solet autem verbum *ἐρεῖν*, negatione praegressa, sic cum accusativo simpliciter coniungi, ut sit esse dicere, quod Latine per iactare exprimas. Aeschylus Sept. ad Theb. 691.

πεσεῖ μιανθείς, χὠ ξύναιμος ἐξ ἴσου.
τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγώ,

κακῶν δὲ καἰσχρῶν οὔτιν' εὔκλειαν ἐρεῖς. Idem Suppl. 913. θαρσεῖτ'· οὐκ ἐρεῖτ' ἀναρχίαν. His rationibus motus deserui scripturam a Turnebo introductam.

V. 1377. De prioribus illis Oedipi diris emendata apponere libet, quae apud Athenaeum XI. p. 465. E. F. exstant: ὁ δὲ Οἰδίπους δι' ἐκπώματα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο, ὡς ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκὼς φησίν, ὅτι αὐτῷ παρέθηκαν ἔκπωμα ὃ ἀπηγορεύκει, λέγων οὕτως·

αὐτὰρ ὃ διογενὴς ἥρως, ξανθὸς Πολυνείκης,
πρῶτα μὲν Οἰδιπόδῃ καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος· αὐτὰρ ἔπειτα
χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἡδέος οἴνου.
αὐτὰρ ὅγ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ·
αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς
ἀργαλέας ἠρᾶτο· θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐριννύν·
ὡς οὔ οἱ πατρῷϊ' ἐνηείῃ φιλότητος
δάσσαιντ', ἀμφοτέροισι δ' ἔοι πόλεμοί τε μάχαι τε.

Habet haec in Antimacheis Schellenbergius p. 78. Quae apud scholiastam Sophoclis leguntur, vellem Elmsleius indicasset an eodem modo in cod. Laur. scripta exstent. Apud Triclinium certe aliqua est scripturae diversitas. Fortasse sic illa constituenda sunt: τοῦτο ἅπαξ ἅπαντες οἱ πρὸ ἡμῶν παραλελοίπασιν. ἔχει δὲ τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας οὕτως. οἱ περὶ Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην δι' ἔθους ἔχοντες τῷ πατρὶ Οἰδίποδι πέμπειν ἐξ ἑκάστου ἱερείου μοῖραν τὸν ὦμον, ἐκλαθόμενοί ποτε, εἴτε κατὰ ῥᾳστώνην, εἴτε ἐξ ὁτουοῦν, ἰσχίον αὐτῷ ἔπεμψαν. ὁ δὲ μικροψύχως καὶ τελέως ἀγεννῶς, ὅμως γοῦν ἀρὰς ἔθετο κατ' αὐτῶν, δόξας κατολιγωρεῖσθαι. ταῦτα ὁ τὴν μικρὰν Θηβαΐδα ποιήσας ἱστορεῖ οὕτως·

νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί,
ἵν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν,

ἰσχίον ὡς ἐνόησε, χαμαὶ βάλεν, εἶπέ τε μῦθον·
ὤμοι ἐγώ, παῖδές μοι ὀνειδείοντες ἔπεμψαν
εὐκτὰ Διΐ βασιλῆϊ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν
χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω.

τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. (Exsecratio in illa fabula memoratur v. 701. 715. sed nihil de eo, cur diris devoverit Oedipus filios suos.) καὶ ἔοικε τὸ τῆς ἱστορίας ἥκειν ἐπὶ πολλούς, ὡς καὶ παρά τινι ἐκτεθῆναι αὐτὰ πρὸς τὸ γελοιότερον διὰ τούτων·

ἀεὶ δ', ὁρῶντί γ' ὀξύ, κεἴπερ ἦν τυφλός,
θυσίας ἀπαρχὰς κρέας ἐπέμπομεν πατρί,
περισσὸν ὦμον, ἔκκριτον γέρας· τὸ δὴ
αὐτοῖσι συγκόψαντες, οὐ μεμνημένοι,
λήσειν δοκοῦντες, ἀντὶ τοῦ κεκομμένου
* * * * * * * * * * *
ἐπέμψαμεν βόειον· ὃ δὲ λαβὼν χερί,
ἔγνω, 'παφήσας, εἶπέ τ' ἐκ θυμοῦ τάδε·
τίς μοι τάδ' ἀνθόμοια, μισητὸν κρέας,
πέμπει; γέλων δὴ τἀμὰ ποιοῦνται κόροι,
θύοντες, ὕβρει, τυφλὸς οὔτι γνώσεται,
οὕτω λέγοντες. ὦ θεοί, μαρτύρομαι
ἐγὼ τάδ' ὑμᾶς, καὶ κατεύχομαι κακὰ
αὐτοῖσιν αὖθις τῶνδε δὶς τόσα σχέθειν·
χαλκῷ δὲ μαρμαίροντες ἀλλήλων χρόα
σφάζοιεν ἀμφὶ κτήμασιν τοῖς βασιλικοῖς.

καὶ Μένανδρος ἐν Ναυκλήρῳ·

ὁ δὲ Πολυνείκης πῶς ἀπώλετ', οὐχ ὁρᾷς;

In versibus ex Thebaide Buttmannus, ut refert Schneiderus in Lexico v. ὀνειδείοντες, scribendum putabat ὀνείδειον τόδ' ἔπεμψαν. Si recte, scribendum in sequente verba εὔχθω Διὶ βασιλῆϊ. Caeterum vide Heynium ad Apollod. p. 243. seq.

καὶ μὴ 'ξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς
τοιώδ' ἔφυτον. αἵδε γὰρ τάδ' οὐκ ἔδρων.
τοιγὰρ τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους

V. 1381. Edd. vett. *τοιάδ'*. MSS. omnes et edd. Tricl. *τοιώδ'*. Deinde *ἐφύτην* Elmsleius, contra libros omnes, quem vide ad Aristoph. Ach. 733. et ad Med. 1041. Recte fortasse: sed quum etiam tertia numeri dualis persona apud epicos inter *ον* et *ην* fluctuet, ne apud Atticos quidem, nisi re plenius probata, imperfecti aoristorumque secundam dualis personam ubique in *ην* terminatam fuisse contendam. Buttmanni diligentiam in his formis valde desideramus. Levia enim sunt, et nec plena, nec satis accurate disputata, quae in uberiore gramm. Gr. vol. I. p. 347. attulit. Vltima huius versus verba, *αἵδε γὰρ τάδ' οὐκ ἔδρων*, hac simplicitate sua admirabilem habent planeque divinam vim tum ad magnitudinem doloris propter impietatem filiorum, tum ad caritatem, quam filiae meruerunt, declarandam. Id miror Reisigium aut non sensisse, aut, quum versibus hunc locum verteret, nescivisse verbis metro aptis exprimere. Minime enim aequat dicti vim quod posuit, nam aliis hae sunt moribus. Omnino autem etiam praecedentium verborum rationem Reisigius non magis quam alii interpretes perspexit, cum quibus quoniam *καὶ μὴ 'ξατιμάζητον τοὺς φυτεύσαντας* coniungebat, pro *εἰ* putavit *οἳ* scribendum esse. At illa *καὶ μὴ 'ξατιμάζητον* cum sequentibus sunt construenda: neu leve esse ducatis, si miseri caecique patris tales estis tamque impii filii.

V. 1382. Itaque, inquit, Dirae et sede illa tua ad aram Neptuni, et solio in urbe Thebarum potiuntur.

κρατοῦσιν, εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις.
σὺ δ' ἔρῥ' ἀπόπτυστός τε κἀπάτωρ ἐμοῦ,
κακῶν κάκιστε, τάςδε συλλαβὼν ἀράς,
ἅς σοι καλοῦμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίου
δόρει κρατῆσαι, μήτε νοστῆσαί ποτε
τὸ κοῖλον Ἄργος, ἀλλὰ συγγενεῖ χερὶ
θανεῖν, κτανεῖν θ' ὑφ' οὗπερ ἐξελήλασαι.
τοιαῦτ' ἀρῶμαι, καὶ καλῶ τὸ Ταρτάρου

V. 1383. *Δίκην πάρεδρον* Iovis perhiberi satis notum, monueruntque ea de re ad h. l. interpretes. Sed mire illi fluctuant in explicandis verbis *ἀρχαίοις νόμοις*, ut Elmsleius videre iubeat, an distinguendum sit, *εἴπερ ἔστιν* (si vivit) *ἡ παλαίφατος Δίκη, πάρεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις*. Recte vulgo scriptum distinctumque. Nam pro Iove dixit *Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις*, quia sensus, qui verbis subest, eo redit, ut dicat, si quidem Iustitia incolumes servat Iovis antiquas leges. Viderat hoc Brunckius.

V. 1388. Libri *δορί*. Elmsleius hic quoque *ἐν δορί*. Reisigius *δόρει*. Vide ad v. 626. et 1316. Illud miror, nemini quod sciam in mentem venisse *ἐμφυλίῳ δορί* scribere, quod satis probabiliter defendi posset. Vide H. Steph. Thes. vol. IV. p. 243. Sed recte tamen *γῆς ἐμφυλίου* dictum, quod, si summam sententiae spectas, eodem redit. Dicendi genere enim differunt, non re, civili bello urbem subigere, et urbem cuius civis sis subigere bello.

V. 1391. Par. B. T. Farn. Vat. Ven. *τοὺς ταρτάρους*. Caeteri libri *τοῦ ταρτάρου*. *Τὸ Ταρτάρου* ex mea emendatione ad Hec. 341. p. 109. Elmsleius. Ridicule vertit Brunckius: invoco odiosum Erebum, Tartari tutelarem deum,

στυγνὸν πατρῷον ἔρεβος, ὥς σ' ἀποικίσῃ·
καλῶ δὲ τάςδε δαίμονας· καλῶ δ' Ἄρη,
τὸν σφῷν τὸ δεινὸν μῖσος ἐμβεβληκότα.
καὶ ταῦτ' ἀκούσας στεῖχε, κἀξάγγελλ' ἰὼν
καὶ πᾶσι Καδμείοισι, τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα
πιστοῖσι συμμάχοισιν, οὕνεκ' Οἰδίπους
τοιαῦτ' ἔνειμε παισὶ τοῖς αὑτοῦ γέρα.

ΧΟΡΟΣ.

Πολύνεικες, οὔτε ταῖς παρελθούσαις ὁδοῖς

---

ut te illuc habitaturum deducat. Reisigius apte: ista imprecatus invoco caliginem tetram patritam Tartari, ut te abigat domo, nisi quod ut te hinc abstrahat potius dicendum erat. Sententiam tamen neque hic, neque alius quisquam declaravit. Puto hoc dici: invoco invisam Tartari caliginem, quae patrem meum Laium tegit, ut te hinc abstrahat. Vt enim ille filii manu interemptus est, ita precatur ut sui quoque filii, quorum etiam maior impietas sit, fraterna manu se invicem occidant.

V. 1393. *Τάςδε δαίμονας* dicit Furias. *Ἄρην* soli habent Vat. et Ven.

V. 1396. *Καὶ* in hoc versu non putandum est sequenti *τὲ* respondere: non enim *καὶ* — *τὲ* dicitur, ut *τὲ* — *καὶ*: sed est vel omnibus Cadmeis.

V. 1398. Edd. ante Stephanum *αὐτοῦ*. Et sic Laur. A. cum plerisque MSS.

V. 1399. Notandum *οὐ ξυνήδομαι* pro *συμπενθῶ*. Vt in Medea v. 136. *οὐδὲ συνήδομαι, ὦ γύναι, ἄλγεσι δώματος.* Pluribus de hoc genere dicendi disputavit Reisigius, negationem putans necessariam esse. Vnde et Porsonum ad Medeae locum

ξυνήδομαί σοι· νῦν τ᾽ ἴθ᾽ ὡς τάχος πάλιν.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

οἴμοι κελεύθου, τῆς τ᾽ ἐμῆς δυςπραξίας,
οἴμοι δ᾽ ἑταίρων· οἷον ἄρ᾽ ὁδοῦ τέλος

---

et Bekkerum reprehendit, qui in Isocratis orat. de pace p. 176. C. (237.) probaverint, *οὐ συμπενθήσοντες τοὺς τεθνεῶτας, ἀλλὰ συνησθησόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς·* quem locum negat Polluci III. 101. ante oculos fuisse. Haec mihi ex parte vera esse videntur, sed non ut de Isocratis loco consentiendum putem. Nam etsi concedo etiam quod est in Rheso v. 958. *οὐ μὴν θανόντι γ᾽ οὐδαμῶς συνήδομαι*, sic dictum esse ut possit intelligi *τοῖς ἀλγοῦσιν·* et illud in Hippolyto v. 1286. *Θησεῦ, τί, τάλας, τοῖςδε συνήδει*, hunc sensum habere, *τί οὐ συμπενθεῖς τοῖς ἄλλοις·* tamen Isocratis locus talis est, ut *σὺν* possit ad illos spectare, qui una coniuncti illa, quae dicit orator, fecerint. Nam quis offenderetur, si illa quam Bekkerus recepit scriptura cum vulgata *ἐφησθησόμενοι* sic esset coniuncta, *συνεφησθησόμενοι*?

V. 1402. *Οἷον ὁδοῦ τέλος ἀφωρμήθημεν* sic intelligendum est, ut accusativi pendeant e notione verbi eum casum regentis, quod latet in verbo quod positum est, veluti, *οἷον ὁδοῦ τέλος ἐλάβομεν ἀφορμηθέντες*. Post verba *ὦ τάλας ἐγώ* vulgo plene distinctum: coli signum Reisigius, interrogandi Brunckius, exclamandi Schaeferus posuit. Facile est ad aestimandum, quam inepta sit illa orationis forma, qua sibi ipse respondeat Polynices ad istam sive interrogationem sive exclamationem. Quare commate distinxi. Vna est enim continua exclamatio, *οἷον ἄρ᾽ ὁδοῦ τέλος τοιοῦτον ἀφωρμήθημεν*. Nam interdum *οἷος* ita dicitur, ut sequatur aliud praedicatum, cuius locutionis

Ἄργους ἀφωρμήθημεν, ὦ τάλας ἐγώ,
τοιοῦτον, οἷον οὐδὲ φωνῆσαί τινι
ἔξεσθ' ἑταίρων, οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν,
ἀλλ' ὄντ' ἄναυδον τῇδε συγκῦρσαι τύχῃ.
ὦ τοῦδ' ὅμαιμοι παῖδες, ἀλλ' ὑμεῖς, ἐπεὶ
τὰ σκληρὰ πατρὸς κλύετε τοῦδ' ἀρωμένου,
μή τοί με πρὸς θεῶν σφώ γ', ἐάν γ' αἱ τοῦδ' ἀραὶ

---

prope eadem vis est ac si *ὡς* pro *οἷος* dicas. Ita Aeschylus in Agam. 572. *χειμῶνα δ' εἰ λέγοι τις οἰωνοκτόνον, οἷον παρεῖχ' ἄφερτον Ἰδαία χιών.*

V. 1404. Libri omnes *φωνῆσαί τινα*, quod recte indicavit Reisigius frustra defendere studuisse Schaeferum eo, quod *λέγειν* et similia verba interdum accusativo coniungantur: nam id sic tantum fit, ut aut alloqui aut dicere in aliquem aliquid significent: sed quod ipse commentus est, ut librorum scripturam tueretur, sensum esse, *οἷον οὐκ ἂν φωνήσειέ τις περὶ ἑταίρων, οὐδὲ ἀποτρέψειεν αὐτοὺς πάλιν*, ferendum esse iure negat Elmsleius. Nam ne commemorem sic illud non dici, quod erat maxime dicendum, quid omnino illa sibi vult sententia, aut quomodo venire cuiquam in mentem potuit? Vna via est, qua teneri possit *τινά*, si scribatur *ἑταίροις*. Sed longe praestat Tyrwhitti emendatio *τινί*, quam merito et Brunckius et Elmsleius receperunt.

V. 1409. Laur. A. Par. A. F. Ricc. edd. vett. *σφῶϊν γ' ἂν αἱ τοῦδ' ἀραί.* Laur. B. *σφῶϊν δ' ἂν αἱ τοῦδ' ἀραί.* Par. V. Vat. Ven. edd. Steph. Cant. *σφῶν γ' ἂν αἱ τοῦδ' ἀραί.* Par. T. Farn. *σφῶϊν ἄν γ' αἱ τοῦδ' ἀραί.* Turn. *σφῶϊν γ' ἂν αἵδε τοῦδ' ἀραί.* Brunckius, *σφῷν ἐάν γ'*, abundare ratus pronomen *σφῷν*, quod fieri non potest, ubi est in principio collocatum. Brunckii scripturam servavit Reisigius. Elmsleius dedit *σφῷν γ'*

πατρὸς τελῶνται, καί τις ὑμιν ἐς δόμους
νόστος γένηται, μή μ᾽ ἀτιμάσητέ γε,
ἀλλ᾽ ἐν τάφοισι θέσθε κἀν κτερίσμασιν.
καὶ σφῷν ὁ νῦν ἔπαινος, ὃν κομίζετον
τοῦδ᾽ ἀνδρὸς οἷς πονεῖτον, οὐκ ἐλάσσονα
ἔτ᾽ ἄλλον οἴσει τῆς ἐμῆς ὑπουργίας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πολύνεικες, ἱκετεύω σε πεισθῆναί τί μοι.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ὦ φιλτάτη μοι ποῖον Ἀντιγόνη; λέγε.

ἐὰν αἱ τοῦδ᾽ ἀραί, non docens tamen, quomodo *ἐὰν* ultimam possit productam habere. Idem libenter legeret, si per libros liceret, *σφώ γ᾽ ἐάν*. Id mihi iam pridem etiam necessarium videbatur, sed ut etiam *ἐάν γ᾽ αἱ τοῦδ᾽ ἀραὶ* scriberetur. Itaque sic edidi.

V. 1410. Laur. B. Vat. *τελοῦνται*. Non id e Veneto adnotatum. Pro *καί τις* Valckenarius ad Phoen. 1001. importuno corrigendi pruritu *κεἴ τις* vel potius *κἄν τις* scribendum coniiciebat.

V. 1411. De repetito *γὲ* vide supra ad v. 981. 1191. 1280.

V. 1412. Par. A. Ricc. et edd. *κἀν κτερίσμασι*. Laur. A. Par. F. *κὲν κτερίσμασι*. Laur. B. *καὶ ἐν κτερίσμασι*. Par. B. T. Farn. Vat. *καὶ κτερίσμασιν*. E Veneto nihil notatum.

V. 1417. Laur. B. Par. A. Ricc. et edd. *ὦ φιλτάτη τὸ ποῖον*. In Laur. A. Par. F. T. Farn. deest *τό*. Par. B. Vat. Ven. *ὦ φιλτάτη μοι ποῖον*. Hoc librorum scripturis inter eas comparatis recipiendum duxi.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

στρέψαι στράτευμ' ἐς Ἄργος ὡς τάχιστά γε,
καὶ μή σέ τ' αὐτὸν καὶ πόλιν διεργάσῃ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἀλλ' οὐχ οἷόν τε. πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν

V. 1419. Libri *καὶ μή σέ γ' αὐτόν*, quod contra Brunckium, qui *σέ τ' αὐτὸν* dedit, defendebat Schaeferus usitata formula *καὶ μή γε*. At ei hic locum non esse, recteque emendasse Brunckium, monuit Elmsleius. Idem iure reiicit, quod Reisigius suadebat, *καὶ μή σε, καὐτὸν καὶ πόλιν*· quod hic minime aptum.

V. 1420. Libri *πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν*. Frustra tentatum esse hunc locum *ἂν* pro *αὖ* reponendo, recte monuit Reisigius: est enim optativus hic orationis obliquae, referendus ad id, quod vel Antigona vel alius quilibet facturum esse Polynicen censeat. In sententia tamen explicanda non dissentire a caeteris interpretibus video Reisigium. Putant autem omnes, quod sciam, sensum esse eum, quem Vitus ita expressit: quomodo enim iterum exercitum eumdem cogere possem, si semel fugerem? Nec miror, quum et verba hanc interpretationem requirere, et convenire cum ea responsio Antigonae videatur, *τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι;* Et tamen, re accuratius considerata non potest stare illa explicatio. Primum enim, quum orat Antigona, ut reducat Polynices exercitum, isque id fieri posse negat, quis credat eum illo uti argumento, quod, si nunc cedat, non possit alio tempore eumdem cogere exercitum? Profecto ante quam de nova expeditione cogitaret, videndum erat quomodo nunc posset reducere eos, quos tanto cum apparatu coegisset, ad ipsamque iam urbem adduxisset.

στράτευμ' ἄγοιμι ταυτὸν εἰςάπαξ τρέσας;

Hoc enim non patet quomodo impetrare possit; quia etiam si ignaviae opprobrium non pertimesceret, tamen tot duces tantaque vis militum, tam longis laboriosisque itineribus ad Thebarum oppugnationem adducti, non erant sic temere ob illius, qui eos convocasset, formidinem domum redituri. Deinde, si de nova expeditione, quam alio esset tempore facturus, cogitaret, cur tandem eodem illo opus esset exercitu? Non enim proprius ipsius est, sed totus ex sociis compositus, ut, si hunc dimittat, olim possit alios sibi quaerere socios. Denique vero ne potest quidem, si sana mente est, de alia expeditione cogitare. Nam si nunc abducit exercitum, facit id, ne patris exsecratio rata fiat. Atqui ea non huic est tempori adstricta, sed universe pronunciata, ut eadem eum sors maneat, seu nunc, seu post aliquando bello regnum repetat. Ex his apertissime elucet, non de futura aliqua expeditione, sed de eo quem nunc secum habet exercitu a Thebis abducendo sermonem esse; ideoque *πάλιν* cum *ἄγοιμι* debere coniungi. At, inquiet aliquis, obstant verba *εἰςάπαξ τρέσας*, idque non solum quod tale quid potius, ut *εἰςάπαξ ἀγείρας*, exspectatur, sed, quod gravius est, quia haec verba, si significant s i s e m e l p e r t i m u e r o, plane absurda sunt. Non enim propterea, quod hic metuat, difficile est dimittere exercitum, sed quod illi nolent se frustra hanc expeditionem suscepisse: quin, si possunt illi ut domum redeant permoveri, poterunt etiam facilius, si funestam fore illam expeditionem propter Oedipi diras intelligant. Verum salva res est, si quid video. Nam illud *εἰς ἅπαξ*, quod malo cum antiquis libris, quae nullam ante haec verba interpunctionem habent, verbo *ἄγοιμι* iungi, significat u n o n i s u, quod

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι; τί σοι

---

nos similiter dicimus auf ein mal vel mit einem male. Aeschylus Prom. 749. *κρεῖσσον γὰρ εἰς ἅπαξ θανεῖν, ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.* Polybius III. 115, 3. *οὐ γὰρ ἦν κατὰ νόμους ἐξ ἀναστροφῆς καὶ μεταβολῆς ὁ κίνδυνος, ἀλλ' εἰς ἅπαξ συμπεσόντες ἐμάχοντο συμπλεκόμενοι κατ' ἄνδρα, παρακαταβαίνοντες ἀπὸ τῶν ἵππων.* Et IV. 45, 1. *τῆς γὰρ Θρᾴκης κύκλῳ περιεχούσης αὐτῶν τὴν χώραν οὕτως ὥςτ' ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν καθήκειν, ἀΐδιον ἔχουσι πόλεμον καὶ δυςχερῆ πρὸς τούτους. οὔτε γὰρ παρασκευασάμενοι καὶ κρατήσαντες, εἰςάπαξ ἀποτρίψασθαι τὸν πόλεμον οἷοί τε εἰσί, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄχλων καὶ τῶν δυναστῶν.* Ita interpungendus hic locus, non ut *κρατήσαντες εἰς ἅπαξ* iungantur. Consentaneum est autem, eam formulam eodem modo, ut apud nos solet, etiam coniunctim statim prorsus significare. Ita apud Euripidem in Phoen. 730. Creon, qui Eteoclem pugnae cupidum retinere studet, quum is dicit, *βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς;* respondet: *πάσας γε, πρὶν κίνδυνον εἰς ἅπαξ μολεῖν·* quod est, omnino, priusquam statim omnia in periculum adducas. Non enim illum prorsus a pugnando cohibere vult, sed monet ne sic abrupte rem proelio committat. Ita etiam apud Sophoclem hoc dicit Polynices: at id fieri nequit: quomodo enim fugiens sic repente reducam hunc eumdem exercitum?

V. 1422. Quod Antigona dicit, *τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι,* non est de futuro intelligendum, sed de ea iracundia, quam modo ostendit Polynices, quum se negat abducturum esse exercitum. Videbatur enim dira patris exsecra-

πάτραν κατασκάψαντι κέρδος ἔρχεται;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

αἰσχρὸν τὸ φεύγειν, καὶ τὸ πρεσβεύοντ' ἐμὲ
οὕτω γελᾶσθαι τοῦ κασιγνήτου πάρα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁρᾷς τὰ τοῦδ' οὖν ὡς ἐς ὀρθὸν ἐκφέρει
μαντεύμαθ', ὃς σφῷν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν θροεῖ;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

χρῄζει γάρ· ἡμῖν δ' οὐχὶ συγχωρητέα.

---

tione in dolorem coniectus, quum oranti sorori, ut sibi obtemperaret, blande responderet, *ὦ φιλτάτη μοι ποῖον Ἀντιγόνη; λέγε·* unde illa mitigatum esse sperabat. Nunc autem videt, iterum effervescere eius in fratrem iras. Similiter in Euripidis Electra v. 1120. Clytaemnestra filiae respondet: *ὁρᾷς; ἄν' αὖ σὺ ζωπυρεῖς νείκη νέα.*

V. 1426. Perelegans est Tyrwhitti coniectura *ἐκφέρεις*, quam Brunckius et Reisigius receperunt, hic quidem Heindorfium afferens, qui haec ad Platonis Phaedonem p. 43. cum illis in initio Aiacis comparavit, *εὖ δέ σ' ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.* Sed non est tamen cur librorum scriptura mutetur, cuius hic est sensus: vides ergo ut huius vaticinia ad eventum ruunt. Impetum enim quemdam adsignificat hoc verbum: unde proprium est in equis, qui frenis non parentes, effuso cursu sessorem vel aurigam quo ipsi volunt secum auferunt.

V. 1428. Si *χρῄζει* est *χρησμῳδεῖ*, ut placet scholiastae, quam explicationem Reisigius sine controversia veram esse censet, omittendum iota sub-

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἴ μοι τάλαινα· τίς δὲ τολμήσει κλύων
τὰ τοῦδ' ἕπεσθαι τἀνδρός, οἷ' ἐθέσπισεν;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

οὐδ' ἀγγελοῦμεν φλαῦρ'· ἐπεὶ στρατηλάτου
χρηστοῦ, τὰ κρείσσω, μηδὲ τἀνδεᾶ λέγειν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὕτως ἄρ', ὦ παῖ, ταῦτά σοι δεδογμένα;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γ'· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἥδ' ὁδὸς
ἔσται μέλουσα δύςποτμός τε καὶ κακὴ
πρὸς τοῦδε πατρὸς τῶν τε τοῦδ' Ἐριννύων.

---

scriptum ex grammaticorum sententia, quam vide in Etym. M. v. χρήζω. Elmsleio χρήζει hic significare videtur χρή, fatale est, commemoranti ἔχρηζες v. 1713. Br. quod pro ὤφελες dictum putat. Horum neutrum eum puto defendere posse. Ego quidem recte legi existimo χρήζει· vult enim hoc. Vaticinatum enim ista esse Oedipum, non attinebat repeti: illud multo gravius est et acerbius, velle hoc illum et optare, ut pereant filii.

V. 1431. Par. B. T. Farn. Vat. Ven. οὐκ ἀγγελοῦμεν.

V. 1434. Particulam γ' omittunt Par. F. Vat. Ven. et hi quidem posteriores duo ἀπίσχῃς. Tum Laur. A. Par. F. ἀλλ' ἐμοὶ — ἥδ' ὁδός, in F. supra scripto μέν; quod in textu habent edd. et MSS. Laur. B. Par. A. Ricc. Pro ea particula γ' est in Par. B. T. Farn. Vat. Ven. Si v. 1437. δ' abesset, quod omnes libri tueri videntur, coniici posset, ἀλλ' ἐμοὶ γὰρ ἥδ' ὁδός.

σφὼ δ᾽ εὐοδοίη Ζεύς, τάδ᾽ εἰ τελεῖτέ μοι,
θανόντ᾽· ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ᾽ αὖθις ἕξετον.

V. 1437. Libri *σφῷν* vel *σφῶϊν*. Dativus non aliter, ut ego quidem existimo, ferri posset, nisi si aut abesset *Ζεύς*, aut pro eo nomine aliud vocabulum, sortem vel vitam significans, legeretur. Nam *εὐοδεῖν* verbum est intransitivum. At quum *Ζεὺς εὐοδοίη* dicitur, est id ab *εὐοδοῦν*, quod verbum sibi accusativum postulat. Quare *σφὼ* scripsi. Porro Laur. A. Par. F. male *τελοῖτε*. Pro *μοι* Ricc. *μαι*, supra scripto *οι*. Par. B. autem et Vat. ac Ven. *με*.

V. 1438. In eliso iota dativi haeserunt viri docti, quorum coniecturas retulit Elmsleius. Reisigius dativum hic firmari putat sequentibus verbis, *ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ᾽ αὖθις ἕξετον*. Huic argumento non multum tribuerim: nec video quid obstet, quo minus vera iudicetur Elmsleii sententia, qui *θανόντ᾽* accusativum esse censet, iunctum dativo. Sed quibus id firmare studet exemplis, ex iis duo tantum recte comparari possunt, Aeschyli in Choeph. 408. *πέπαλται δ᾽ αὖτέ μοι φίλον κέαρ, τόνδε κλύουσαν οἶκτον·* et Sophoclis El. 479. *ὕπεστί μοι θράσος, ἁδυπνόων κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων.* Quibus adde Aeschyli Pers. 917. Nam caetera non magis quadrant, quam si quis transitum ab accusativo ad dativum v. 769. comparare vellet: *πρόσθεν τε γάρ με τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς νοσοῦνθ᾽, ὅτ᾽ ἦν μοι τέρψις ἐκπεσεῖν χθονός, οὐκ ἤθελες θέλοντι προςθέσθαι χάριν*, quod exemplum in primis aptum est illi constructionis generi illustrando, quia reversionem habet in primam structuram, *τότ᾽ ἐξεώθεις κἀξέβαλλες*. Tum ut removeat etiam sequentes dativos, e Laur. B. scribit *ἐπεὶ οὔ με ζῶντά γ᾽ αὖθις ἕξετον*, in Bothii, quod miror, sententiam descendens, qui *ἕξετον* com-

μέθεσθε δ' ἤδη, χαίρετόν τ'. οὐ γάρ μ' ἔτι
βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖθις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ τάλαιν' ἐγώ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ

μή τοι μ' ὀδύρου.

---

plectemini interpretatur. Illud recte dicit, *τάδε* spectare ad v. 1412. ubi rogaverat Polynices, ut se sepelirent. Sed nihilominus verum est, quod ait Reisigius, caritatis officia respici. Nam quis ita invenustus sit, ut, quoniam sepeliri se a sororibus petierat Polynices, id ita hic eum tenere credat, ut quae adiicit verba, significare debeant, nam me vivum sepelire non poteritis. Immo, qui non est plane ab humanitate alienus, hoc eum dicere videat necesse est: vos beet Iuppiter, si mihi ista quae petii amoris documenta persolvetis mortuo: vivo enim non amplius poteritis. Nempe de comprobanda caritate loquitur, quae quum vivo non amplius demonstrari possit, optat ut mortuo ea re, qua sola mortuis potest, obtingat, honore sepulturae. Codicis Laur. B. nulla est in hoc genere auctoritas, ut qui correctoris iudicium expertus sit, eodem haud dubie, quo Bothius, scrupulo male habiti.

V. 1441. Elmsleius contra omnes libros *μήτοι με δύρου*, quia eam verbi formam exempla apud tragicos omnia aut postulent aut admittant. Sed ad Medeam v. 156. ubi illa commemoravit exempla, unum tamen, quod est in Phoenissis v. 1750. fatetur tueri alteram formam. Ego quidem poetas sibi hoc, ut essent poetae, verbisque usu poetarum sancitis uterentur, licitum existimasse puto.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καὶ τίς ἂν σ' ὁρμώμενον
ἐς προῦπτον Ἅιδην οὐ καταστένοι, κάσι;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

εἰ χρὴ, θανοῦμαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

μὴ πεῖθ' ἃ μὴ δεῖ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

δυςτάλαινά τἄρ' ἐγὼ,
εἴ σου στερηθῶ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ταῦτα δ' ἐν τῷ δαίμονι,

Ea est enim virtus sermonis poetici, quod non uni est formae adstrictus, in iis quidem verbis, quae non prorsus ab linguae cuique generi carminis aptae natura abhorrent.

V. 1445. Par. B. Vat. Ven. εἰ σοῦ στερηθῶ. Caeteri libri et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 144, 26. de εἰ particula disserens, εἴ σου στερηθῶ. Vauvillersius et Brunckius ἢν σου στερηθῶ, alterum soloecum rati. Hodie istam regulam iuxta cum aliis huiusmodi Atticistarum commentis inanem esse constat. Interest autem non parum, εἰ an ἢν dicas. Nam ἢν incertum est, referturque ad id, quod simus experiundo cogituri, fiatne an non fiat; εἰ autem fortius est, solamque conditionem designat: unde eo hic utitur Antigona, non dubitans quin sit fratre caritura.

καὶ τῇδε φῦναι χἀτέρᾳ. σφῷν δ' οὖν ἐγὼ
θεοῖς ἀρῶμαι μή ποτ' ἀντῆσαι κακόν.
ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυςτυχεῖν.

V. 1446. Edd. ante Brunckium, *σφῷν δ' οὖν ἐγὼ θεοῖς ἀρῶμαι μήποτ' ἀντῆσαι κακῶν.* Par. T. Farn. *ἀντῆσαι κακόν*, quod recepit Brunckius. Caeteri MSS. *ἀντῆσαι κακῶν*, nisi quod Par. B. *ἀνυστῆναι*, Vat. *ἀνιστῆσαι*, Ven. *ἀνυστῆσαι* habent. Reisigium, qui sic legit, *σφῷν δ' οὖν ἐγὼ θεοῖς ἀρῶμαι, μήποτ' ἀντῆσαι κακῶν*, probat Elmsleius, qui in censura Herculis furentis a me editi ad v. 312. *σφῷ* scribendum censuerat, Brunckium autem graviter notaverat. Mihi quidem recte videtur Brunckius *κακὸν* verum iudicasse. Nam *ἀντᾶν* cum genitivo potius adipisci significat, usitatumque est in eo quod cupimus alicui obtingere, non in eo quod accidere nolumus. Illud nemo non videt longe diversum esse, quum rei per se nec bonae nec malae epitheton adiicitur mali notionem continens, ut in Aeschyli Suppl. 36. *ἀγρίας ἁλὸς ἀντήσαντες.*

V. 1448. Elmsleius Brunckium probat *πᾶσιν* interpretantem omnino. At is ut denique sensus exeat, tamen indicandum est, id quomodo fiat. Quod recte fecit Reisigius, omnibus hominibus positum censens, quasi dixerit, *οὐδενὶ ἄξιαί ἐστε δυςτυχεῖν.* I. e. omnibus innocentes nec mala commeritae habemini. Apte comparant Oed. R. *ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα.* Vbi quod Erfurdtius *πᾶσιν* interpretatur omnium iudicio, non debebat Reisigius negare in Polynicis dictum convenire. Non probo Schaeferi sententiam ad Trach. 338. qui *πᾶσι* generis neutrius esse putat. Nec dici potuit in Heraclidis 452. *οὐχ ἅπασι γὰρ πέφευγεν ἐλπὶς τῶνδέ μοι σωτηρίας·* ubi recte nunc legitur *ἅπασα.*

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά.

νέα τάδε νεόθεν ἦλθέ μοι
νέα βαρύποτμα κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου,
εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνει.

V. 1450. Deest *νέα* hoc in versu in libris, quod addidi ex mea et Seidleri coniectura in libro de verss. dochm. p. 107. Versus est dimeter dochmiacus. Quos Reisigius versiculos constituit, *βαρύποτμα κακά*, cui responderet in antistropha *κτύπος ἄφατος ὅδε*, et *παρ' ἀλαοῦ ξένου*, cui opponeretur *Διόβολος· ἐς δ' ἄκραν*, syllabis *Διο* in unam contractis, eos, quicumque exercitatas tragicis numeris aures habeat, non ferendos videbit. Triclinii recensio *παρά γ' ἀλαοῦ ξένου*.

V. 1451. Laur. A. *τυγχάνῃι*, mutatum in *κιχάνῃι* ab eadem manu. Par. B. T. F. Farn. Vat. *κιχάνῃ*. Laur. B. Par. A. Ricc. *κιχάνει*, ut editi. Id scribendum *κιγχάνει*: vide de em. rat. Gr. gr. p. 60. et Elmsleium ad h. l. De sensu scholiastes ita: *εἰ μὴ κατὰ μοῖραν ταῦτα πάσχω, εἴποιμι ἂν ἐκ τοῦ Πολυνείκους νέα μοι κακὰ ἐληλυθέναι.* Oedipum pro Polynice nominare volebat. Et in hanc sententiam Brunckius: novum sane et mirandum mihi acciderit, si infelices casus, quos praedixit lumine cassus senex, vis fati ad exitum non perducit. Reisigius: nova haec mihi nova ratione evenerunt ab coeco hospite gravi sorte mala, nisi quid eorum fato ratum efficitur. In adnotatione monuit vulgari consuetudine *ἦλθεν ἂν* dicendum fuisse: nam sic existimare chorum, nisi eventus consequatur hanc patris imprecationem, novam rem novo modo accidisse. Ego hanc interpretationem ne sic quidem me fateor intelli-

---

gere, nec videre quomodo aut *ἦλθεν ἂν* dici hic potuerit, aut, si potuisset, omitti licuerit *ἄν*. Elmsleio *νέα* illa *νεόθεν κακὰ* ad fragorem, quem iam nunc auditum esse putat, referenda videntur: quae non minus incredibilis coniectura est, quum non modo nihil de tonitru dicatur, sed quae post paullo leguntur, *ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ*, aperte tum demum fragorem illum audiri ostendant. Attuli haec, ut demonstrarem, supersedere his machinis potuisse viros doctos, si aut quid dici hic deberet consideravissent, aut saltem Viti versionem inspexissent, qui recte sensum expressit: n o v a h a e c i a m r e c e n s a d v e n e r u n t m i h i a t r o c i a m a l a a b h o s p i t e c a e c o, n i s i d i v i n i t u s c o r r i g u n t u r. Hoc enim dicit chorus: n o v a m i h i e x i m p r o v i s o a t r o c i a v e n e r u n t m a l a a c a e c o h o s p i t e, n i s i a l i q u i d f a t a l e a c c e d i t. Aegre enim fert, quod hospes ille, ut ipse impiis facinoribus insignis est, ita nunc etiam his in locis, in quibus est hospitio exceptus, malorum iacit semina, mutuae caedi filios suos devovens: unde chorus sibi quoque metuit molestiam, nisi fatalis aliqua intercedat necessitas. Consulto enim poeta his eum verbis uti voluit, quae mortis Oedipi aliquam praesagitionem continerent. Redeunt enim eo, ut innuat, nisi moriatur Oedipus, nihil nisi incommoda per eum sibi afferri. Vidit haec ex parte scholiastes, nisi quod postrema male interpretatur, qui ita scribit: *εἰ καὶ ὅ τι μάλιστα ξενικά ἐστι τὰ πρόςωπα καὶ τὰ κατέχοντα τούτους κακά, ὅμως συναλγεῖ. καὶ εὐλαβεῖται μὴ ἐκ τῆς ὁμιλίας τῆς σὺν αὐτοῖς ἀπολαύσωσί τινος κακοῦ καὶ αὐτοί. ἐν τοιούτῳ οὖν ἤθει καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς διάκειται. τοιαῦτα πάρεστιν ἡμῖν, φησίν, ἄτοπα παρὰ τοῦ ξένου ἀπολαῦσαι, ἐκτὸς εἰ μὴ μοῖρά τις καταλαμβάνει ἡμᾶς, καὶ κατὰ μοῖραν ἀπολαύομεν ὧν ἀπολαύσομεν.* Reisigius si Homeri esset recordatus, qui *νῦν αὖτέ με*

μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων
ἔχω φράσαι.
ὁρᾷ, ὁρᾷ ταῦτ᾽ ἀεὶ χρόνος, ἐπεὶ μὲν ἕτε-

μοῖρα κιχάνει, aliaque similia habet, quae imitati sunt Aeschylus Choeph. 620. et Euripides Hipp. 1444. non opus habuisset formulam istam e Stobaei Florilegio afferre.

V. 1452. Quod hic dicitur *ἀξίωμα δαιμόνων*, recte vidit Reisigius ad illa oracula spectare, quae de Oedipi receptione Atheniensibus olim fructuosa supra aliquot locis commemorata sunt. In scholiis nisi bis *θεῶν* pro *Θησέως* scribendum, *δεσποτῶν* pro *δαιμόνων* legisse videtur is, qui haec adnotavit: *οἷον, οὐδέν ἐστι μάτην ὑπὸ Θησέως ἀξιωθὲν πραχθῆναι, ἀλλ᾽ ὃ ἂν γίγνηται ὑπὸ Θησέως, τοῦτο καλῶς γίγνεται.*

V. 1454. Edd. vett. sic: *ὁρᾷ, ὁρᾷ ταῦτ᾽ ἀεὶ χρόνος. ἐπεὶ μὲν ἕτερα τάδε πήματ᾽ αὖθις αὔξων ἄνω, ἔκτυπεν αἰθὴρ ὦ Ζεῦ.* Edd. Triclinianae *τὰ δὲ πήματ᾽*, recte plena interpunctione post *ἄνω* posita. Cum vett. edd. consentiunt MSS. nisi quod Laur. A. ante correctionem, Par. B. T. Ricc. Farn. Vat. *ἑτέρα* habent, Par. B. Vat. Ven. autem *τάδ᾽ ἐπ᾽ ἤματ᾽*. Scholiastes: *τὸ δὲ ἑξῆς, μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων ἔχω φράσαι, ἐπειδὴ ὁρᾷ ταῦθ᾽ ὁ ἀεὶ* (Triclinius *ἀεὶ ὁ*) *χρόνος, ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ᾽ ἦμαρ αὖθις, ὅ ἐστιν εἰς τὸ ἔμπαλιν τρέπων τὰ ἤδη αὐξηθέντα. οἷον, πάντα ἔχει ὑφ᾽ ἑαυτῷ* (Triclinius *τὰ ἑαυτοῦ*) *ὁ χρόνος. τὰ μὲν ὁρᾷ, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁρᾶται* (Triclinius addit *ποιῶν*). *τὰ γὰρ πραττόμενα τῷ χρόνῳ φαίνεται. τουτέστιν, ἐν τῷ χρόνῳ πολλαὶ μεταβολαί* (Triclinius addit *γίνονται*), *καὶ ὁρᾶται ὁ χρόνος πολλὰ μὲν αὔξων παρ᾽ ἦμαρ, πολλὰ δὲ εἰς τὸ ἔμπαλιν τρέπων.* Hinc unum ex scholiastis *ὁρᾷ, ὁρᾶταί τε* legisse collegit Canterus. Haerent in

ρα, τὰ δ' ἐπ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω.
ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.

---

hoc loco interpretes. Ac Brunckius quidem et Reisigius tonitruum fragore exorto abrumpi orationem putant. At non ita sunt tragici communem vitam imitati, ut non intelligerent, esse in hoc genere, quae in poesin translata, inepta sint atque absurda. Reisigius praeterea ἐπεὶ mutavit in ἐλεῖ, quam futuri formam restituisse se praedicat Aristophani in Coniectaneis p. 188. invenirique apud eumdem ait etiam in Equitibus, quorum eum v. 290. ubi est περιελῶ, in mente habuisse coniicit Elmsleius. Is ex grammatico apud Bekkerum p. 80. affert, ἀφελοῦμαι, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσομαι. Τιμόστρατος Φιλοδεσπότῃ. Recte vero monet, hoc auctore neque apud Aristophanem neque apud Sophoclem istud futurum probari posse. Matthiae quidem in gr. Gr. §. 221. suspicabatur ea forma Platonem usum esse in Politico p. 284 A. sed ibi veram scripturam διολοῦμεν librorum fide dedit Bekkerus. Aptius afferat quis Eurip. Hel. 1295. ἐλθὼν δ' ἐς οἴκους ἐξελῶ κόσμον νεκρῷ, καὶ σ' οὐ κεναῖσι χερσὶ γῆς ἀποστελῶ, δράσαντα τῇδε πρὸς χάριν. Sed ne hic quidem dubitandum videtur, quin aut ἐξέλω, aut ἐξελὼν scribendum sit, quum quod sequitur καί non sit copula, sed significet etiam. Sed apud Sophoclem etiam si defendi illa verbi forma posset, tamen orationis tragicae consuetudo non ἐλεῖ, sed ἑλῶν sibi postularet. Sensum enim verbis hunc inesse putat Reisigius: alia delebit aevum, alia rursus eriget atque extollet. Sed et huius et aliorum explicationes nihil attinet accuratius expendere. Declaravi sensum verborum ad Vigerum adnotatione 241. Nec, si quis iudicare didicerit, quas orationis figuras et linguae natura et ratio

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τέκνα, τέκνα, πῶς ἄν, εἴ τις ἔντοπος,

---

sermonis poetici ferat, dubitabit quin omnia recte procedant. *Ταῦτα* non sunt, ut volunt quidam, res humanae sic universe: qui enim id fieri posset? sed decreta ab diis, quae modo *ἀξιώματα δαιμόνων* appellata sunt. Quae quum videre tempus dicitur, est id respici ea a tempore, ita ut serius ocius appareat, non vana fuisse. Id igitur sic expressit poeta: videt, videt haec semper tempus, postquam sequiora, alia in proximum diem rursum in melius erigens. Ad *ἐπεὶ μὲν ἕτερα* verbum supplendum, cuius notio latet in sequentibus verbis *αὔξων ἄνω*, quae nihil sunt nisi amplificatio simplicioris locutionis, *ἀγαθὰ διδούς*. Itaque si planius haec enunciantur, sic habet sententia: *ὁρᾷ ταῦτα ἀεὶ ὁ χρόνος, ἐπεὶ ἕτερα ἔδωκεν, ἄλλα μετὰ μικρὸν αὖθις ἀγαθὰ διδούς*. *Ἕτερα* autem hic notissimo usu sequiora et sinistra significare, ex opposito *αὔξων ἄνω* intelligitur. Nec *μὲν* non est recte post *ἐπεὶ* positum, si quidem *ἐπεὶ* non est, ut Reisigio videbatur, quoniam, sed postquam: ex quo patet, ad hanc ipsam notionem pertinere particulam *μέν*. Vtitur autem his particulis *μὲν* et *δὲ* poeta, quia in mente habebat huiusmodi opposita, *πρόσθεν μὲν ἕτερα, ὕστερον δὲ ἀγαθὰ διδούς*. Caeterum metri caussa praeferendum iudicavi *τὰ δ' ἐπ' ἦμαρ*. Nam post primum *ὁρᾷ* quattuor sunt dochmiaci. Brunckius *τὰ δὲ παρ' ἦμαρ* ex scholiasta. Sic etiam Reisigius, nisi quod *ἆμαρ* dedit. Differunt haec eo, quod *παρ' ἦμαρ* proprie est perendie, seu die uno interiecto; *ἐπ' ἦμαρ* autem in diem, quod interdum de praesente die dicitur, ut in Trachiniis, ubi quum Hyllo v. 1126. dicenti, *ἔχει γὰρ οὕτως ὥστε μὴ*

τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέα πόροι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ, τί δ' ἐστὶ τἀξίωμ', ἐφ' ᾧ καλεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Διὸς πτερωτὸς ἥδε μ' αὐτίκ' ἄξεται
βροντὴ πρὸς Ἅιδην. ἀλλὰ πέμψαθ' ὡς τάχος.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφὴ ά.

ἴδε μάλα μέγας ἐρείπεται
κτύπος ἄφατος ὅδε Διόβολος· ἐς δ' ἄκραν
δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν.
ἔπτηξα θυμόν. οὐράνια γὰρ ἀστραπὴ

σιγᾶν πρέπειν, respondisset Hercules, οὐ δῆτα, τοῖς γε πρόσθεν ἡμαρτημένοις, ille sic dicit: ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν ἐρεῖς.

V. 1458. Edd. Triclinianae e Turnebi, ut videtur, correctione, Θησέ' ἂν πόροι. Edd. vett. et MSS. omnes Θησέα πόροι.

V. 1459. Verba τί δ' ἔστι τἀξίωμα ἐφ' ᾧ καλεῖς affert Suidas v. ἀξίωμα.

V. 1463. Brunckius, partim ex Heathii sententia, κτύπος ὅδ' ἄφατος. ἐς ἄκραν. Sincera est librorum scriptura. Respicit hunc locum Eustathius p. 692, 53. 56. 720, 29. 1188, 30. (571, 24. 26. 609, 30. 1257, 35.)

V. 1465. Libri omnes οὐρανία γὰρ ἀστραπή, neque in ullo quem viderit codice Elmsleius οὐνία, quo compendio uti librarii solent, sed in omnibus plene οὐρανία scriptum esse ait. Suidas: οὐρανία ἀστραπή, ἀντὶ τοῦ ταχεῖα. ἔπτηρα (sic) θυμόν. οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν. Explicatio eadem in cod. Laur. Lobeckius ad Aiacem p. 327.

φλέγει πάλιν.
τί μὰν ἀφήσει τέλος; δέδια δ'. ου γὰρ ἅλι'

---

anaepestum defendendum putabat. Reisigius postremas duas syllabas contrahi censet, sicut ego volebam in Elem. d. m. p. 54. et 122. Elmsleius ad Heracl. 822. coniiciebat οὐρία, sed hoc epitheton, quo Oedipus uti poterat, non aptum est in chori sermone. Quod ego ad Hecubam p. 167. proposui, οὐράνια, nunc reponendum duxi, id ut sit adverbii loco. Non enim recte significationem vocabuli exposuit scholiastes. Grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 4, 20. ἀνεβόησεν οὐράνιον ὅσον. σημαίνει τὸ ὑπερβεβηκὸς καὶ μέχρι τοῦ οὐρανοῦ ἧκον. Et alius eodem modo p. 400, 33. Pertinet illud ad Aristoph. Ran. 781. Idem in eadem fabula v. 1135. εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιον ὅσον. Eadem ratione οὐράνιον ἄχος, aliaque huiusmodi dicta sunt.

V. 1467. Libri: τί μὰν ἀφήσει (Laur. A. ἀφ' ἧς, supra scripta vera lectione; Par. ἀφῆς) τέλος. δέδια τόδ'. (Par. T. Farn. edd. Triclinianae recte δέδια δ'.) οὐ γὰρ ἅλιον ἀφορμᾷ ποτ'. οὐκ ἄνευ ξυμφορᾶς. Eleganter Brunckius ex Heathii emendatione: δέδια δ'. οὐ γὰρ ἅλιον ἀφορμᾷ ποτ', οὐδ' ἄνευ ξυμφορᾶς. Mirorque vehementer, Reisigium Elmsleiumque Vauvillersio et Bothio assentiri, οὐκ nescio quo vehementiore affectu tuentibus. Is affectus in tali sententia, quae nihil nisi rationem reddit cur timeat chorus, plane ineptus foret. Non magis cuiquam placebit, quod praeter illam rationem Reisigio in mentem venit, sic posse distingui: οὐ γὰρ ἅλιον ἀφορμᾷ ποτ', οὔκ, ἄνευ ξυμφορᾶς. Nam nec negationis repetitio hic apta est, et, si eam repetiisset poeta, nihilominus non ἄνευ ξυμφορᾶς, sed οὐδ' ἄνευ ξυμφορᾶς adiecisset. Facilius ferrem, si quis coniungeret, τί μὰν

ἀφορμᾷ πότ', οὐδ' ἄνευ ξυμφορᾶς.
ὦ μέγας αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ παῖδες, ἥκει τῷδ' ἐπ' ἀνδρὶ θέσφατος
βίου τελευτή, κοὐκ ἔτ' ἔστ' ἀποστροφή.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πῶς οἶσθα; τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις;

ἀφήσει τέλος οὐκ ἄνευ ξυμφορᾶς, caeteris pro parenthesi interpositis. Verum quis sibi persuadeat, simplex, venustum, consuetudini congruens genus dicendi repudiatum ab Sophocle esse, ut orationem contortam et invenustam et sine utilitate insolentem adhiberet? Itaque non dubitavi Heathii *οὐδ'*, a Brunckio probatum, recipere. Pro *ἄλιον* autem, quamvis id omnes libri habeant, *ἄλι'* edidi, iubente metro dochmíaco et lectione strophici versus ea, quae proxime ad librorum scripturam accedit. Caeterum notanda particula *μάν*, quae quum vero, profecto, tamen significet, aliquanto fortior est, quam si *δῆτα* scriptum esset.

V. 1471. Vat. Ven. et fortasse plures codd. *κουκέτ' ἔσθ' ὑποστροφή.*

V. 1472. Libri hunc versum choro dant. Brunckium, qui eum Antigonae tribuit, cuius persona in appendice Turnebi adnotata est, graviter reprehendit Reisigius: Antigonam enim iam v. 1460. edoctam ab Oedipo esse sua appropinquantis mortis indicia. Sane: sed num illa an moriturus sit Oedipus interrogat? Immo, quod ille iterat, esse se nunc moriturum, id unde sciat aut colligat, vult cognoscere. Itaque nihil prorsus isto argumento efficitur. Elmsleius, rectius, inquit, Antigonae tribuitur. Non rectius, sed necessario. Quid enim? illo mortem sibi instare clamante

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καλῶς κάτοιδ'. ἀλλ' ὡς τάχιστά μοι μολὼν
ἄνακτα χώρας τῆςδέ τις πορευσάτω.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ β'.

ἔα, ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται
διαπρύσιος ὄτοβος.
ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴ τι γᾷ

---

quemnam magis commoveri putabimus, chorumne, qui alienus est, an filias? aut quemnam respondere, utrumne quem ille non est alloquutus, an illas, quae ab eo sunt appellatae? Accedit quod ter inter has strophas quinque interseruntur trimetri, quorum eum qui medius est, vel aequalitatis conservandae caussa ubique Antigonae esse convenit. Caeterum *τοῦτο* in Laur. A. Par. F. deest. Laur. B. Par. A. Ricc. et edd. vett. *πῶς οἶσθα; τῷ δὲ τοῦτο*. Par. B. T. Farn. Vat. Ven. et edd. Triclinianae, *πῶς οἶσθα τοῦτο; τῷ δέ*. Suidas: *τῷ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις. ταυτὸν, τῷ τοῦτο κρίνεις, τουτέστι, τίνι τεκμηρίῳ νοήσας καὶ στοχασάμενος*. Sed ordo litterarum docet Suidam scripsisse, ut est in cod. Leid. *τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις*.

V. 1473. Versus 1473 — 1721. i. e. 1475 — 1724. ed. Brunck. desunt in cod. Ven.

V. 1475. Versus hic ex iambo et duobus dochmiis compositus est, ut v. 1454. 1466. Iambus ille in recitando separandus est ab numero dochmiaco. Verba *ἀμφίσταται διαπρύσιος ὄτοβος* affert Suidas v. *ἀμφίσταται* et *ὄττοβον*, quo loco *περιΐσταται* legitur.

V. 1477. Edd. Triclinianae omittunt *ὦ*. Tum vulgo *δαῖμον*. Recte Laur. A. *ὦ δαίμων*.

ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων.
ἐναισίου δὲ συντύχοι-
μι, μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδών,
ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως.
Ζεῦ ἄνα, σοὶ φωνῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἆρ' ἐγγὺς ἁνήρ; ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου, τέκνα,
κιχήσεταί μου καὶ κατορθοῦντος φρένα;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί;

V. 1478. Recte Laur. B. Par. A. et edd. *ἀφεγγές*. Sic etiam Ricc. in quo supra scriptum *θ*. Nam caeteri MSS. *ἀφθεγγές*, praeter Farn. qui *ἀφθεγές*. *Ἀφεγγὲς* est a t r u m.

V. 1479. Par. T. Farn. *ἐναισίῳ*. Suidas v. *ἐναίσιμος*: *ἐν αἰσίῳ δὲ συντύχοιμι μηδέ τῳ πονηρῶν συντυχών*. Hinc Turnebus edidit *ἐν αἰσίῳ*. Caeterae edd. et MSS. *ἐναισίου*, quod iure servavit Reisigius. Vide ad Philoct. 320. Schaeferum, qui *ἐναισίῳ* recepit, sequitur Elmsleius.

V. 1480. *Ἄλαστος* et quidquid verborum ad hanc familiam pertinet, non adducor ut a *λήθειν* derivata credam, sed facta illa esse omnia a *λάζομαι* puto, primariamque notionem habere n o n t o l e r a n d i, ut *ἄλαστος* proprie sit i n t o l e r a b i l i s, quod plerumque ob scelera et flagitia fit. Apud Suidam v. *ἀκερδὴς χάρις* haec ita prostant: *μὴ δ' ἄλαστον ἀκερδῆ χάριν ἀντ' ἰδὼν μετάσχοιμί πως*.

V. 1483. Vat. *ἆρ' ἔτ' ἐπ' ἐμψύχου*, unde coniicere quem posse *ἆρ' ἐπ' ἐμψύχου* observat Elmsleius. *Κιχήσεται* non esse cum genitivo constructum, sed referri ad latens pronomen *με*, nemo non videt.

V. 1485. Hunc versum Laur. A. et edd. vett. ac

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀνθ᾽ ὧν ἔπασχον εὖ, τελεσφόρον χάριν
δοῦναί σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην.

Turn. choro tribuunt. Stephanus ex appendice Turnebi Antigonae personam adscripsit, quem sequuti sunt editores Sophoclis recentiores praeter Reisigium, qui chori signum restitui iubet, quia haec rogare multo magis Atheniensium intersit, quam filiae non nimis curiosae. Non immerito miratur hoc iudicium Elmsleius. Ego quidem idem de hoc versu sentio, quod de v. 1472. Ad verba quod attinet, scholiastes: *τί τὸ πιστὸν θέλεις ἐμβαλεῖν τῇ φρενὶ ἐκείνου, τῇ τοῦ Θησέως δηλονότι, ἀντὶ τοῦ, τί βούλει πιθανὸν ἀνακοινώσασθαι τῷ Θησεῖ.* Reprehendit hanc interpretationem Reisigius, quia sensus sit, quidnam arcani vis insitum eius animo? Ego quidem nescio an magis scriptura librorum Sophoclis, quam explicatio scholiastae in dubitationem vocari debeat. Non minus enim insolens et incommodum in hac caussa est illud *ἐμφῦναι*, quam si quis non *τί δ᾽ ἂν θέλοις λέξαι ἐκείνῳ*, sed *τί δ᾽ ἂν θέλοις ἐκεῖνον γνῶναι* dicat. Itaque vereor, ne Sophocles scripserit *ἐμφῦσαι*, recteque id scholiastes sit per *ἐμβαλεῖν* interpretatus.

V. 1487. Suidas: *σφίν. αὐτοῖς. καὶ ἀντὶ τῆς οἱ ἀντωνυμίας παρὰ Σοφοκλεῖ· ἔδει γὰρ τελεσφόρον χάριν δοῦναι σφίσιν. οἱ αὐτῷ.* Elmsleius exemplum ex Homerico hymno Panis v. 19. affert. Veri simillimum est, etiam apud Aeschylum Pers. 761. *σφὶν* esse ei. Verba *χάριν ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην* Eustathius p. 505, 39. (386, 12.) explicat, *ἤγουν ἔτυχον ὑποσχόμενος*. At nihil in ea re erat fortuiti. Porsonus ad Hec. 788. sensum esse putabat, quam promisi, si ipse a Theseo id

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφὴ β΄.

ἰώ, ἰὼ παῖ, ... βᾶθι, βᾶθ᾽,

---

quod peterem consequerer. Ne hoc quidem satis recte. Melius Heathius, quam impetratis quae cupiebam promiseram. Sed id Graece esset τυχών. Verum viderunt Elmsleius et Reisigius, τυγχάνων esse ὅτε ἐτύγχανον ὧν ἐβουλόμην.

V. 1488. Libri Tricliniani in principio addunt ἰοὺ ἰού. Tum consensu omnes, ἰὼ παῖ βᾶθι, βᾶθ᾽· εἴτ᾽ ἄκραν. Dubito enim an non recte Martinus referat βᾶθι deesse in Iuntina secunda. Ego quidem non notavi, quum eum librum ad Colinaei editionem exigebam. Nunc mihi non erat inspiciendi copia: sed Francofurtana a. 1555. quae fere Iuntinam illam sequitur, non caret eo verbo. Seidlerus de verss. dochm. p. 36. et 174. ἰὼ recte, me iudice, geminavit: sed de dochmiacis quales constituit non assentior, quia poetam accuratius in his strophis pedes exaequasse puto. Pro βᾶθι Martinus Elmsleiusque ad Med. p. 267. πρόβαθι scribendum coniecerunt. Reiskium εἴτε movit, ut aliquid excidisse crederet: quem recte iudicasse puto, etiam metro arguente. Nam quod Elmsleio placet, ἐξ οἴκων subaudiri, id fieri non potest. Vt enim credibile sit, a domo sua aliquem venire, si eum non alibi fuisse constet, tamen ubi alius locus opponitur domui, diserte illa est nominanda. Neque apta sunt exempla, quae affert Elmsleius, Herodoti II. 125. et Platonis Alcib. II. p. 148. B. quibus in locis neque εἴτε, sed εἴτε καὶ legitur, nec deest quod illis verbis respondeat, idque vel ipsum illud καὶ prodit. Reisigius, quem etiam Ποσειδάνιος θεὸς male habuit, hanc coniecturam

εἴτ᾽ ἄκρον ἐπὶ γύαλον

---

protulit: ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθ᾽, εἴτ᾽ ἄκραν ἢ ᾽πὶ γυάλων ἐναλίῳ Ποσειδανίων θεῷ τυγχάνεις βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων, ἵκου· quae quot partibus laboret, explicare longum est. Neque opus esse puto, quum non verear ne quis eam sit probaturus.

V. 1489. Omnes libri εἴτ᾽ ἄκραν. Sed Laur. A. Par. B. T. et fortasse plures ἐπιγύαλον. Laur. A. inter ἐπιγύαλον et ἐναλίωι vacuum habet spatium sex vel octo litterarum, ut tamen nihil erasum sit. Edd. divisim ἐπὶ γύαλον. Suidas: ἄκραν ἐπὶ γύαλον. ἐπ᾽ ἄκραν πέτραν. Scholiastes: ἡ ἐπὶ πρὸς τὸ ἄκραν, ἵν᾽ ᾖ, ἐπ᾽ ἄκραν πέτραν. Ex his planum esse puto, scripsisse poetam εἴτ᾽ ἄκρον ἐπὶ γύαλον, quae verba non solum ipsa egregie respondent strophicis, διαπρύσιος ὄτοβος, sed faciunt etiam ut sequens versus cum strophico accurate congruat. Sed illa vulgo sic scripta leguntur, ἐναλίῳ Ποσειδαωνίῳ θεῷ τυγχάνεις. Nihil variant MSS. nisi quod quum vel Ποσειδαωνίῳ vel Ποσειδαωΐῳ, Elmsleio teste, habeant, Vat. Ποσειδωνίῳ, Ricc. Ποσειδαονίῳ praebet. Hoc adscito, delevi τυγχάνεις, quod videtur ab interpretibus adiectum: nisi quis forte quod in strophicis γᾷ ματέρι paullo insolentius de patria dictum est, illic aliquid excidisse statuat, e. c. γᾷ τᾷδ᾽ ἐμᾷ ματέρι. Itaque sensus est: o fili, sive alibi es, veni, veni, sive in summa campi parte marino deo Neptuno aram taurina victima sacrans, ades. Cum Ποσειδαονίῳ θεῷ Elmsleius confert ὁ Βακχεῖος θεὸς in Oed. R. 1105. licet id aliter explicari possit. Vtique non est, cur illa insolentior dicendi ratio suspecta esse debeat, praesertim agnita a grammaticis, qui ei suum χ apposuerunt.

ἐναλίῳ Ποσειδαονίῳ θεῷ
βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων, ἵκου.
ὁ γὰρ ξένος σε καὶ πόλι-
σμα καὶ φίλους ἐπαξιοῖ
δικαίαν χάριν παρασχεῖν παθών.
σπεῦσον, ἄϊσσ', ὦ 'ναξ.

ΘΗΣΕΥΣ.

τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος,
σαφὴς μὲν αὐτῶν, ἐμφανὴς δὲ τοῦ ξένου;
μή τις Διὸς κεραυνός, ἤ τις ὀμβρία
χάλαζ' ἐπιῤῥάξασα; πάντα γὰρ θεοῦ
τοιαῦτα χειμάζοντος εἰκάσαι πάρα.

V. 1494. Recte Brunckius sensum explicuit: *ἐπαξιοῖ σὲ καὶ πόλισμα καὶ φίλους, ὥςτε παθὼν παρασχεῖν δικαίαν χάριν.*

V. 1495. Verbum *σπεῦσον* deest in antiquis libris, additum in Triclinianis. Id cur recentiores critici vel damnaverint, quum neque ineptum sit, nec sciamus non esse ex codicibus sumptum, vel posthabuerint deterioribus coniecturis, non assequor.

V. 1499. Suidas ex h. l. in v. *ὀμβρία* sic: *ὀμβρία χάλαζ' ἐπιῤῥάξασα, ἢ Διὸς κεραυνός.* Scholiastes participium pro verbo finito positum putavit. Musgravius intelligi voluit *τυγχάνει.* Reisigius signum abruptae orationis apposuit. Recte vero Elmsleius horum nihil verum esse, sed hunc clamorem excitavit, vel huiusmodi quid supplendum esse monet, tamquam si praecedat *τί αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸν ἤγειρεν κτύπον.* Nimirum proprie nihil aliud quam *ἐστὶν* intelligitur: num fulmen aut grando est? scilicet, quod ita clamatis.

V. 1500. *Τοιαῦτα χειμάζοντος* dicit propter ve-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄναξ, ποθοῦντι προὐφάνης, καί σοι θεῶν
τύχην τις ἐσθλὴν ἧκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ.

ΘΗΣΕΥΣ.

τί δ' ἐστίν, ὦ παῖ Λαΐου, νέορτον αὖ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ῥοπὴ βίου μοι. καί σ', ἅπερ ξυνῄνεσα,
θέλω, πόλιν τε τήνδε μὴ ψεύσας θανεῖν.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἐν τῷ δὲ κεῖσαι τοῦ μόρου τεκμηρίῳ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αὐτοὶ θεοὶ κήρυκες ἀγγέλλουσί μοι,
ψεύδοντες οὐδὲν σημάτων προκειμένων.

ΘΗΣΕΥΣ.

πῶς εἶπας, ὦ γεραιέ, δηλοῦσθαι τάδε;

---

hementiam fulminum et tonitruum, quae ipse quanta esset animadvertit.

V. 1502. Libri omnes, *τύχην τις ἐσθλὴν θῆκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ.* Heathii Piersonique emendationem in Verisim. p. 62. *τῆσδ' ἔθηκε τῆς ὁδοῦ* Brunckius probavit et Elmsleius, qui reiecisse videtur, quod ad Heracl. 934. coniecerat. Musgravius coniiciebat *θεῖτο.* Reisigius *ἧκε* dedit. Ita ante eum ego quoque: videturque id etiam aptius esse quum *ἔθηκε.*

V. 1503. Hunc versum affert Suidas v. *νέορτον.*

V. 1504. *Βίου ῥοπὴ* ex h. l. commemorata Eustathio p. 1266, 40. (1366, 31.)

ΟΙΔΙΠΟΥΣ

αἱ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς, τὰ πολλά τε
στράψαντα χειρὸς τῆς ἀνικήτου βέλη.

ΘΗΣΕΥΣ.

πείθεις με· πολλὰ γάρ σε θεσπίζονθ' ὁρῶ,
κοὐ ψευδόφημα· χὤ τι χρὴ ποιεῖν λέγε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐγὼ διδάξω, τέκνον Αἰγέως, ἅ σοι
γήρως ἄλυπα τῆδε κείσεται πόλει.
χῶρον μὲν αὐτὸς αὐτίκ' ἐξηγήσομαι,
ἄθικτος ἡγητῆρος, οὗ με χρὴ θανεῖν.
* * * * * * * * *
τοῦτον δὲ φράζε μή ποτ' ἀνθρώπων τινί,

V. 1510. Laur. A. B. Par. T. Ricc. et edd. vett. *αἱ πολλαί.* Edd. Triclinianae *τὰ πολλά.* Codices caeteri *αἱ πολλά.* Fulmina dicit et tonitrua crebra atque itentidem continuata.

V. 1511. Vulgo *στρέψαντα.* Emendavit Piersonus Veris. p. 139. Laur. B. *τὰ πολλά τ' ἀστράψαντα.*

V. 1513. Par. B. T. Vat. Farn. *ψευδόθυμα.*

V. 1515. *Γήρως ἄλυπα* est *ὑπὸ γήρως οὐ λυπηθησόμενα.* Apte comparat Elmsleius *ἄλυπος ἄτης* Electr. 1002. Vide Schaeferi Melet. cr. p. 137. et infra ad v. 1761. Deinde in cod. Laur. A. adnotatum, *γρ. σῆι τε κείσεται.* Idque habet Par. F.

V. 1519. Ante hunc versum lacunae signa posui. Neque enim dubitandum videtur, quin versus exciderit, qualis, *νέκυν δὲ τὸν ἐμὸν τῆδε κρυφθῆναι χθονί.* Nimis enim mirum, ne dicam absonum est, ad *χῶρον* referri *τοῦτον οὗ κέκευθε,* et *ἐν οἷς*

μήθ' οὗ κέκευθε, μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις·
ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων, ἀλκὴν ὅδε,
δορός τ' ἐπακτοῦ, γειτόνων ἀεὶ τιθῇ.

κεῖται τόποις, et *ὥς σοι ἀλκὴν ὅδε τιθῇ.* Neque vero *τοῦτον* intelligi licet *τὸν ἄνδρα*, quia sic *κέκευθα*, et *κεῖμαι*, et *τιθῶ* dixisset.

V. 1520. Tautologiam, quam hoc versu contineri putat Elmsleius, nullam esse iam Reisigius observavit. Diversa sunt enim locus ipse tumuli, et regio in qua est ille locus. Neque quod praeterea Elmsleius reprehendit, vix hunc locum conciliari posse cum v. 1637. ex quo constet non solum Theseum, verum etiam Oedipi filias et Thesei famulos ad ipsum mortis locum cum Oedipo pervenisse, mihi quidem vere dictum videtur. Nam certo fine tenus Oedipus illos secum abduxisse dicitur: tum solus mansisse cum Theseo, illis abire iussis: qui paullo post, ubi se converterunt, illum nusquam conspiciunt, sed solum relictum vident Theseum. Itaque etsi ubi ipsi eum postremum viderint dicere possunt, tamen quo raptus aut ubi terra haustus sit, nesciunt.

V. 1521. Par. B. T. Vat. Farn. *ὅς σοι.* Vulgo *ὡς σοὶ.* Elmsleius tacite *ὥς σοι.*

V. 1522. Laur. B. Par. T. a prima manu, Vat. Farn. et edd. *γειτόνων.* Laur. A. Par. B. T. a correctore, Ricc. *γειτόνῶν.* Par. A. *γειτόνων*, supra scripto *ῶν.* Par. F. *γειτονῶν.* Recte Brunckius distinxit vertitque: u t i s t i b i m u l t o r u m v i c e c l i p e o r u m e x t e r n o r u m q u e s u b s i d i o a r c e s s i t o r u m m i l i t u m, c o n t r a v i c i n o s s e m p e r s i t p r a e s i d i o. Reisigius iunxit *δορός τ' ἐπάκτου γειτόνων.* At socii esse possunt etiam qui non sunt vicini, contra vicinos autem, nominatim Thebanos, praesidium se praebiturum esse et supra dixerat Oedipus, et hic debet ite-

ἃ δ' ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ,
αὐτὸς μαθήσει, κεῖσ' ὅταν μόλῃς μόνος·
ὡς οὔτ' ἂν ἀστῶν τῶνδ' ἂν ἐξείποιμί τῳ,
οὔτ' ἂν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς, στέργων ὅμως.
ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ σῶζε, χὤταν εἰς τέλος
τοῦ ζῆν ἀφικνῇ, τῷ προφερτάτῳ μόνῳ
σήμαιν'· ὃ δ' αἰεὶ τῷ 'πιόντι δεικνύτω.
χοὔτως ἀδῆον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν

---

rare: id quod nunc universe, mox v. 1530. distinctius facit.

V. 1523. Inepte Abreschius lib. II. ad Aeschylum p. 328. ad *ἐξάγιστα* negationem e sequentibus verbis intelligi vult. Neque vero probari posse puto, quod et scholiastae, et aliis interpretibus placet, *ἐξάγιστα* esse valde sancta, sed est illa vox pariter ut *μηδὲ κινεῖται* ad *λόγῳ* referenda: quae piaculum est nec licet dicere. Dicendi enim notionem in mente habens, non posuit quod debebat *ἃ δ' ἐξάγιστα λέγειν*, sed *λόγῳ*, accommodans eam notionem verbis *μηδὲ κινεῖται.*

V. 1524. Stephanus, Canterus, Schaeferus post *μόλῃς* interpunxerunt, *αὐτὸς μόνος* iungentes. Parum referre iudicat Elmsleius. Mihi etiam exilis ista distinctio videtur.

V. 1525. Par. F. *ὥς τ' οὔτ' ἄν.* Par. B. T. Vat. Farn. *ὡς οὐδ' ἄν.* Caeteri MSS. et edd. *ὡς οὔτ' ἄν.*

V. 1526. Laur. A. *στέργω νόμωι.* Laur. B. *στέργων νόμω.* Par. F. *στέργω νόμω.*

V. 1527. Laur. A. Par. B. T. Vat. edd. Triclin. *αἰεί.* Caeteri MSS. et edd. vett. *ἀεί.* Sed mox v. 1529. omnes videntur *αἰεί* habere.

V. 1528. Par. A. Ricc. edd. vett. *ἀφικνῇ.* Caeteri MSS. et edd. Triclinianae *ἀφίκῃ*, et metro repugnante, et sensu, siquidem id recte monet Elmsleius vix aliud esse quam *ὅταν θάνῃς.*

σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν. αἱ δὲ μυρίαι πόλεις,
κἂν εὖ τις οἰκῇ, ῥᾳδίως καθύβρισαν.
θεοὶ γὰρ εὖ μέν, ὀψὲ δ' εἰσορῶσ', ὅταν
τὰ θεῖ' ἀφείς τις εἰς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ·
ὃ μὴ σύ, τέκνον Αἰγέως, βούλου παθεῖν.
τὰ μὲν τοιαῦτ' οὖν εἰδότ' ἐκδιδάσκομεν.
χῶρον δ', ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ παρόν,
στείχωμεν ἤδη, μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα.

V. 1531. Laur. A. ἀπανδρῶν. Caeteri MSS. ἀπ' ἀνδρῶν, ut edd. Schaefero in Mel. crit. p. 83. et iterum ad Sophoclem ὑπ' ἀνδρῶν scribendum videtur. Elmsleius, nescio an recte, inquit. Non opus, quia etiam ἀπ' ἀνδρῶν recte dictum, quod latius patet, non solum quod ipsi faciant, sed etiam quod per alios illinc veniat, comprehendens. Quae sequuntur, hoc sensu dicta sunt: pleraeque civitates, etiam si quis eas bene regat, proclives sunt ad temeritatem. Quod est de Atheniensibus dictum, ne forte, si non diligenter celentur quae celari iubet, homines temerarii arcanis in perniciem civitatis abutantur.

V. 1538. Vulgo μηδέ γ'. Plerique MSS. μὴ δέ γ'. Sed Par. A. Ricc. μηδέν γ'. Recte Reisigius vidit μηδέ γ' ab hoc loco alienum esse: itaque corrigi iubet μηδ' ἔτ'. Elmsleius ex illa duorum codicum scriptura aliam lectionem, μηδὲν ἐντρεπώμεθα oriri observat, quam aliquot similibus exemplis illustrat, sed quoniam ei asyndeton displicet, acquiescendum putat in Reisigii emendatione, si verba illa idem significare possint quod μηδὲ μέλλωμεν. Ἐντρέπεσθαι quum proprie sit sese convertere, inest ei verbo subsistendi significatio, quae eodem redit quo μέλλειν. Scholiastes: ἀντὶ τοῦ ἐπιστρεφώμεθα. Ὅμηρος, ἐν-

ὦ παῖδες, ὧδ' ἕπεσθ'. ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν
σφῷν αὖ πέφασμαι καινός, ὥςπερ σφὼ πατρί.
χωρεῖτε, καὶ μὴ ψαύετ', ἀλλ' ἐᾶτέ με
αὐτὸν τὸν ἱερὸν τύμβον ἐξευρεῖν, ἵνα
μοῖρ' ἀνδρὶ τῷδε τῇδε κρυφθῆναι χθονί.
τῇδ', ὧδε, τῇδε βᾶτε. τῇδε γάρ μ' ἄγει
Ἑρμῆς ὁ πομπός, ἥ τε νερτέρα θεός.
ὦ φῶς ἀφεγγές, πρόσθε πού ποτ' ἦσθ' ἐμόν·
νῦν δ' ἔσχατόν σου τοὐμὸν ἅπτεται δέμας.
ἤδη γὰρ ἕρπω τὸν τελευταῖον βίον
κρύψων παρ' Ἅιδην. ἀλλά, φίλτατε ξένων,
αὐτός τε, χώρα θ' ἥδε, πρόσπολοί τε σοί,

τροπαλιζόμενος. Similiter Germani in vulgari sermone loquimur: wir wollen uns nicht umsehen. Asyndeton, si *μηδὲν ἐντρεπώμεθα* legatur, per se non offendit: sic in Aiace v. 812. *χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν, οὐχ ἕδρας ἀκμή.* Sed hic tamen pro reliqua oratione concitatior videtur illa figura. Quare *μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα* praetuli, uti ante Reisigium ipse correxeram.

V. 1540. Porsonus praef. ad Hec. p. 32. ut numeris quos vitiosos putabat consuleret, numeros fecit invenustissimos, quum scribi iussit *ὡς πρὶν σφὼ πατρί.* Vide Elem. d. m. p. 116. Elmsleium video haec non auribus iudicare, sed ad observationes quasdam exigere, de quibus certo nihil in mentem venit tragicis.

V. 1544. Fastidiosum Schaeferi de h. l. iudicium in Melet. cr. p. 56. iure notavit Reisigius, Longinum afferens c. 15, 7. qui omnem illam de exitu Oedipi narrationem valde admiratus est.

V. 1545. Non est cur quis cum Elmsleio scribendum censeat *Ἑρμῆς θ' ὁ πομπός.*

V. 1549. Laur. B. *ἀλλὰ φιλτατ τέκνων.*

εὐδαίμονες γένοισθε· κἀπ' εὐπραξίᾳ
μέμνησθ' ἐμοῦ θανόντος εὐτυχεῖς ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

Εἰ θέμις ἐστί μοι τὰν ἀφανῆ θεὸν
καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν,
ἐννυχίων ἄναξ, Αἰδωνεῦ,
Αἰδωνεῦ, λίσσομαι,

V. 1551. Ἐπ' εὐπραξίᾳ, proprie est in felicitate et ob eam. Apte Vauvillersius attulit Aristoph. Eq. 406. πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς. Cui loco addit Elmsleius eiusdem fabulae v. 655.

V. 1552. Elmsleius suspicatur μεμνῆσθε legendum esse propter praegressum optativum.

V. 1555. Αἰδωνεῦ tribus syllabis pronunciandum in his versibus esse, apertum est.

V. 1556. Scholiastae verba e cod. Laur. A. sic exhibuit Elmsleius: λίσσομαι μήτ' ἐπιπόνῳ. τὰ ἑξῆς μὲν δῆλα ἐκ τῆς λέξεως. τὸ δὲ δίδου μοι τοῦτο ἀσυνάρτητόν πως φαίνεται ἡμῖν. ἐπιστῆσαι οὖν ἄξιον, λαβόντας καλὸν ἀντίγραφον. δίδου μοι τὸν ξένον κατανύσαι τὰν παγκευθῆ κάτω νεκύων πλάκα καὶ Στύγιον δόμον, μήτε ἐπιπόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυηχεῖ μόρῳ. Rectius mihi videtur Erfurdtius iudicasse, legisse scholiastem αἰδοῦμαι pro λίσσομαι, quam Elmsleius, qui eum δίδου μοι scriptum invenisse putat: hoc enim quomodo ei ἀσυνάρτητον videri potuisset? Αἰδοῦμαι quidem verum mihi videbatur in Elem. d. m. p. 273. quo loco versum ex tribus Molossis constare putabam. Recepitque Reisigius. Sed rectius mihi nunc videor prius Αἰδωνεῦ praecedenti dochmiaco adiecisse, quo verba Αἰδωνεῦ λίσσομαι essent iambicus ischiorrhogicus. Ita λίσσομαι per metrum stare poterit. Αἰδοῦμαι

ἐπιπόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ

---

si quis malet, is hoc verbum sequenti versui adiicere debebit, quo *Αἰδωνεῦ Αἰδωνεῦ* iambicum ischiorrhogicum efficiant. Sed illa tamen numerorum descriptio et in stropha et in antistropha minus ad vim sensumque verborum accommodata esset. Notaret autem *αἰδοῦμαι* veneror, translatum ad orandi significationem, ut *στέργω* supra v. 1097. Sed quod Hesychius, Harpocratio, et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 354. seq. tradunt, *αἰδέσασθαι* etiam *ἐξιλάσασθαι καὶ πεῖσαι* significare, cuius notionis non aliam quam Demosthenis auctoritatem in orat. contra Aristocratem afferunt, id ego quidem falsum esse puto. Verba Demosthenis ita leguntur p. 643. extr. et seq. *τί οὖν ὁ νόμος κελεύει; τὸν ἁλόντα ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ ἔν τισιν ὡρισμένοις χρόνοις ἀπελθεῖν τακτὴν ὁδὸν καὶ φεύγειν, ἕως ἂν αἰδέσηταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος.* Nam constans usus huius verbi quum apud alios tum apud ipsum Demosthenem arguit ita eum scripsisse: *ἕως ἂν αἰδέσηταί τις τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος.* Confer. p. 983, 19.

V. 1557. Laur. B. Par. B. Vat. edd. vett. *μήτ' ἐπίπονα.* Laur. A. Par. F. *μήτ' ἐπιπόνω.* Par. A. Ricc. *μήποτ' ἐπίπονα.* Par. T. Farn. Turn. *μήποτ' ἐπὶ πόνῳ.* Steph. Cant. *μήποτ' ἐπιπόνῳ.* Seidlerus de verss. doch. p. 124. deleto *μήτ'*, exhibuit *ἐπὶ πόνῳ.* *Μήτ'* ego quoque delendum puto, omissum etiam ab Reisigio, qui recte servavit *ἐπιπόνῳ.* *Βαρυαχεῖ* scholiastes scribit *βαρυηχεῖ.* Et ab *ἠχεῖν*, non ab *ἄχος*, ut caeteris interpretibus visum, etiam Elmsleius hoc verbum derivat, eo motus, quod ab *ἄχος* factum penultima brevi vix usquam, producta autem apud Aristophanem exstat, cuius duos affert locos, quorum in altero Oceanus, in altero tonitru eo epitheto ornatur.

ξένον ἐκκατανύσαι μόρῳ
τὰν παγκευθῆ κάτω
νεκρῶν πλάκα, καὶ Στύγιον δόμον.

Apud Sophoclem igitur βαρυηχεῖ μόρῳ eo refert, quod v. 1659. dicatur Oedipus οὐ στενακτὸς obiisse. Mihi quidem perabsurde videtur μόρος βαρυηχὴς dici, si de fletu, non de ictu fulminis cum fragore tonitruum coniuncti cogitandum est. Sed ne illud quidem aptum videtur, orare chorum ne fulminis ictu ille pereat, quod genus mortis maxime est doloris expers. Accedit quod sic male addita esset praepositio ἐπί. Quare mihi quoque placet illorum sententia, qui ab ἄχος deducunt hoc vocabulum, etsi non aliud ex illa radice ortum verbum mihi occurrisse fateor, quam δυςαχὲς quorumdam librorum in Aeschyli Eum. 145. Constat versus ex paeone quarto, qui Cretici vice fungitur, et dochmio.

V. 1558. Libri ξένον ἐκτανύσαι. Scholiastes legit κατανύσαι. Vauvillersius et Brunckius, ξένον ἐξανύσαι. Reisigius, ξένον εὖ κατανύσαι. Ea vocula mihi quidem non bene cum praegressis verbis convenire videtur, nec vestigium eius ullum in scholiastae explicatione est. Itaque scripsi ἐκκατανύσαι, etsi huius compositi, in quo tamen non est quod reprehendi possit, non aliud exemplum novi. Scholiastes ad v. 1648. Br. ἐ ξ α π ε ί δ ο μ ε ν. ἴδιον αὐτοῦ τὸ πολλαῖς κεχρῆσθαι ταῖς προθέσεσι.

V. 1560. MSS. et edd. Triclinianae νεκρῶν. Caeteri libri νεκύων, quod revocavit Reisigius, ultimas syllabas contrahi volens. Assentior Elmsleio, non esse veri simile, contractionem illam potius, quam νεκρῶν placuisse Sophocli. Στύγιος δόμος ex h. l. commemoratus Eustathio p. 718, 35. (606, 50.)

πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν
πημάτων ἱκνουμένων,
πάλιν σὲ δαίμων δίκαιος αὔξοι.

ἀντιστροφή.

ὦ χθόνιαι θεαί, σῶμά τ' ἀνικάτου
θηρός, ὃν ἐν πύλαισι
φασὶ πολυξέστοις εὐνᾶσθαι,

V. 1561. Scholiastes: *ἀποστρέφει τὸν λόγον πρὸς τὸν Οἰδίποδα. τὸ δὲ μάτην ἱκνουμένων ἔν τινι τρόπῳ εἴρηκε, παρ' ὅσον σχεδὸν πάντα τὰ ἁμαρτήματα τῷ Οἰδίποδι ἀκουσίως ἐγένετο. καὶ νῦν οὖν κατὰ τοῦτο μάτην ἂν λέγοι τιμωρίαν ὑπίσχειν αὐτόν.* Participio praesentis offensus, Reisigius coniicit *ἱπούμενον*. At nec veri simile est spondeum esse secundum huius versus pedem, nec tempus praesens non est recte positum, modo *ἱκνουμένων* ad sensum recordationemque malorum referamus. Itaque hoc dicere putandus est chorus: multis temere contractis malis urgentibus, rursum te iustus aliquis deus sua augebit ope.

V. 1563. Libri Tricliniani *ἀέξοι*.

V. 1564. Invocat Furias et Cerberum, hunc ut ne teneat animam mortui in limine Ditis; illas, ut propitiae sint, nec puniant, quae ille sine mala mente commisit.

V. 1566. Elegans est Musgravii coniectura *πολυξένοις*, afferentis Aeschyli Suppl. 163. *τὸν πολυξενώτατον Ζῆνα τῶν κεκμηκότων.* Inde Pluto *πολυδέκτης*, *πολυδέγμων*, *πολύκοινος*, *πάνδοκος*. Libri tamen omnes *πολυξέστοις*, quod etsi non est eiusmodi, ut dici non potuerit, valde tamen mirum est et insolens epitheton ostii, quo ad Orcum pervenitur per speluncas saxis structas aspe-

κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἄντρων
ἀδάματον φύλακα παρ' Ἀΐδᾳ
λόγος αἰὲν ἀνέχει. τόν, ὦ
Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου,
κατεύχομαι ἐν καθαρῷ βῆναι

---

ris pendentibus maxumis, ubi rigida constat crassa caligo inferum.

V. 1567. Laur. A. B. Par. A. F. Ricc. edd. praeter Turnebianam, *κνυζεῖσθαί τ'*. Par. B. Vat. *κνυζᾶσθαί τ'*. Par. T. Farn. omissa copula *κνυζᾶσθ'*, in T. supra scripto *ει*. Ed. Turn. *κνυζεῖσθ'*. In scholiis legitur, *ὅν φασι κοιμᾶσθαι, κνύζεσθαί τέ φασι*. *Κνυζεῖσθαι*, ut magis Atticum, praetulit Elmsleius. *Κνυζᾶσθαι* Brunckius reposuit, cum eoque Reisigius. Quod recte factum puto, quia veri simile est, ut in stropha nomen *Αἰδωνεὺς* bis positum, ita hic in diversis verbis sonum tamen eumdem captasse Sophoclem. Comparari potest Aeschyli *Ἀϊδωνεύς*, in Persis v. 651. bis positum, cui respondet bis etiam *θεομήστωρ*.

V. 1568. Par. B. Vat. *ἀδάμαντος*. Caeteri libri *ἀδάμαστον*. Brunckius *ἀδάματον*. Tum Par. T. Farn. *φύλακ' ἀΐδα*. Caeteri MSS. omnes et edd. *φύλακα παρ' Ἀΐδα*. Reposui dativum.

V. 1569. Triclinii recensio, *ὡς λόγος αἰὲν ἔχει*. Veteres MSS. et edd. *λόγος αἰὲν ἀνέχει*, sine *ὡς*. Post verba *ὡς λόγος αἰὲν ἔχει*, in Par. T. et ed. Turn. adnotatum *λείπει κῶλον*. Ita scilicet visum Triclinio. Tum omnes *ὃν ὦ*, quas voculas sequenti versui adiiciunt. Correxi, ut metra suadebant. Qui sequitur versus, iambicus est ischiorrhogicus.

V. 1570. Vide ad v. 1574.

V. 1571. Optes dochmiacum alio verbo quam illo, *βῆναι*, terminari, praesertim quum sequatur vocalis. Sed consentiunt libri. Quum dicit *ἐν κα-*

ὁρμωμένῳ νερτέρας
τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας.
σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰένυπνον.

θαρῷ βῆναι τῷ ξένῳ, significat recedere debere Cerberum, ut pura sit via hospiti, neu ille adspectu canis aut latratu terreatur.

V. 1574. Laur. B. Par. A. B. Ricc. Vat. et edd. τὸν αἰὲν ἄϋπνον. Laur. A. a prima manu, Par. F. τίν' αἰὲν ἄϋπνον. Par. T. Farn. τὸν αἰὲν ἔνυπνον. Suidas: αἰένυπνος. ὁ θάνατος ὁ ἀεὶ κοιμώμενος. ὑφ' ἓν δὲ ἀναγνωστέον. Σοφοκλῆς· σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰένυπνον. ἀείυπνος, ὁ ἀεὶ κοιμώμενος. Eustathius p. 1201, 25. (1275, 7.) Σοφοκλῆς δὲ αἰένυπτον, ὡς ἀδελφὸν μὲν ὕπνου, μακρότατον δέ. Scholiastes: ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον, αἰένυπνον, ἀείυπνον. οὕτως ἀποδιδόασι τὸν διαπαντὸς κοιμώμενον. φησὶ γὰρ τὸν θάνατον, ὥςπερ δαίμονά τινα ὄντα. πρὸς πάντας γὰρ σχεδὸν τοὺς ὑποχθονίους τὴν παράκλησιν ἐποιήσαντο, τὸν Πλούτωνα, τὴν Περσεφόνην, τὸν Κέρβερον, καὶ νῦν πρὸς τὸν Θάνατον αὐτόν. Valde miror Elmsleii de hoc loco iudicium, qui quum verba ὃν ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου necessario ad Cerberum referenda esse ratus, scribat: „risu excipiendus esset noster, si „postquam Cerberum ἐν πύλαισι πολυξέστοις εὐ„νᾶσθαι dixisset, eum post aliquot versus τὸν αἰὲν „ἄνυπνον salutasset.“ Vnde patet, eum et εὐνᾶσθαι dormire, et αἰένυπτον semper dormientem interpretari. At cur excubat canis, si non vigilat, sed dormit? Et quomodo somnulentus ille simul est ἀδάματος φύλαξ? Immo quis non videat εὐνᾶσθαι nihil aliud esse quam excubare. Nec profecto Cerberum, sed Mortem dicit Γᾶς παῖδα καὶ Ταρτάρου· unde eam, quod haec ambigua appellatio est, clarius designat verbis, σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰένυπνον. Hic ergo ver-

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄνδρες πολῖται, ξυντομωτάτως μὲν ἂν
τύχοιμι λέξας Οἰδίπουν ὀλωλότα·
ἃ δ' ἦν τὰ πραχθέντ', οὔθ' ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ
φράσαι πάρεστιν, οὔτε τἄργ' ὅσ' ἦν ἐκεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

ὄλωλε γὰρ δύστηνος;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὡς λελοιπότα

---

borum sensus est: quem, o Telluris et Tartari filia, de via cedere precor ad inferas mortuorum oras accedenti hospiti: te ego invoco, quae aeternum sopis.

V. 1575. Libri omnes *ξυντομωτάτως*. Scholiastes: *ἄνδρες πολῖται, ξυντομώτατος. ἀντὶ τοῦ συντόμως. ἔστι δὲ ὁ ἄγγελος εἷς τῶν ἀκολουθησάντων Θησεῖ θεραπόντων, καὶ ἀφῖκται ἔνια ἀπαγγέλλων τῶν πραχθέντων ἐπὶ τῆς ἐρημίας. οὐ γὰρ πάντα δυνατὸν ἦν θεάσασθαι.* Ita quidem ed. Rom. unde Reisigius, adverbium illud suspectum habens, *ξυντομώτατος* edidit. Sed in cod. Laur. non *ξυντομώτατος* scholio praefixum, sed *ξυντομ*, supra scripto *ω*. Elmsleio in mentem venit *ξυντομωτάτην*, scilicet *ὁδόν*. Si quid mutandum, quidni *ξυντομώτατον*? Sed cur tandem ita saevitur in illa adverbia? Mireris id maxime in Elmsleio, quem in adverbiis comparativi gradus huius audaciae poenituit in addendis ad Heracl. 544.

V. 1577. Par. A. *οὔτω μῦθος*, supra scripto *οὔθ' ὁ*. Laur. B. *οὔτ' ὁ*. Caeteri MSS. et edd. Triclinianae *οὔθ' ὁ*. Edd. vett. *οὐ τῳ*.

κεῖνον τὸν αἰεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.

V. 1580. Laur. A. Par. F. et Suidas v. ἀεὶ habent ἀεί, caeteri αἰεί. Suidas explicat: τουτέστι τὸ μακρὸν γῆρας τῆς ζωῆς. Scholiastes: τὸ μακρὸν γῆρας, ἢ τὴν ζωήν· εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάσσειν. Ὅμηρος· ἔχων κότον ἐμμενὲς αἰεί. Eustathius p. 501, 24. (382, 37.) καὶ Σοφοκλῆς δὲ ζωὴν ἀνθρώπου τὸν ἀεὶ βίοτόν φησιν. Haec quidem non minus inepta sunt, quam Mudgii coniectura λελογχότα, vita aeterna Christianorum Oedipum beans. Mihi ad Orphei hymn. LXII. 11. p. 331. ut Vauvillersio, ad τὸν ἀεὶ intelligendum videbatur χρόνον, quemadmodum aperte τὸν ἀεὶ hic noster dixit in Electra v. 1075. et τὸν ὕστερον in Trach. 80. Contradixit Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 552. ubi quod putat ita dixisse Sophoclem pro τὸν βίον εἰς ἀεί, linguae legibus repugnare ipse postmodo videtur animadvertisse: unde ad Sophoclem coniecit τό γ' αἰεί. χρόνον intelligentibus plane accedit Reisigius, ita ut etiam v. 1698. ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος ad eum modum accipi velit. Faseturque etiam Elmsleius, ab nemine meliorem interpretationem allatam esse. Apertum est, non in eo offensionem inesse, quod τὸν αἰεὶ pro τὸν ἀεὶ χρόνον dictum sit, sed quod statim sequitur βίοτον, ut vix credibile sit id esse a praecedentibus verbis separandum. Quamquam in recitando brevi pausa interposita separari potuit. Sed vereor tamen ne non ita sit. Nam quid impedit τὸν αἰεὶ βίοτον interpretari quam semper egit vitam, i. e. hanc omni tempore aerumnosam vitam. Quae interpretatio non mediocriter eo videtur confirmari, quod chorus statim interrogat: quomodo? num divinitus placida miser morte exstinctus est? Boni enim aliquid ei obtigisse ex nuncii verbis coniicit. Quod nisi de ipso iam

ΧΟΡΟΣ.

πῶς; ἆρα θείᾳ κἀπόνῳ τάλας τύχῃ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τοῦτ᾽ ἐστὶν ἤδη κἀποθαυμάσαι πρέπον.
ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ᾽ εἷρπε, καὶ σύ που παρὼν
ἔξοισθ᾽, ὑφηγητῆρος οὐδενὸς φίλων,
ἀλλ᾽ αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος.
ἐπεὶ δ᾽ ἀφῖκτο τὸν καταῤῥάκτην ὁδὸν

---

fine vitae sermo esset, dixisset *τὸν δεῦρ᾽ ἀεὶ βίοτον*, ut Eurip. Hel. 767. *τὰ μὲν δὴ δεῦρ᾽ ἀεὶ καλῶς ἔχει.* Nunc quoniam nulla pars vitae reliqua est, solo usus est *ἀεί.*

V. 1583. Omissis verbis *ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ᾽ εἷρπε,* Suidas v. 1583—1585. affert v. *οἶσθα*, apud quem ut in Laur. A. Par. T. Vat. Farn. et edd. ante Brunckium, *ὑφ᾽ ἡγητῆρος* scriptum est. Par. A. B. F. Ricc. *ὑφηγητῆρος.*

V. 1586. Apud Suidam v. *ὁδός* legitur *τὸν καταφράκτην οὐδόν*, sed cod. in bibliotheca C. C. C. Oxon. *ὁδόν*, cod. Leid. *ὀδόν.* Eustathius p. 156, 32. (118, 30.) *ὅτι δὲ οὐδὸς παρὰ τὸ ὁδεύεσθαι ὡς εἴρηται γίνεται, δηλοῦσι καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνῷ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὁδὸν δίχα τοῦ υ γράφοντα τὸν οὐδὸν ἐν τῷ, καταράκτην ὁδὸν χαλκοῖσι βάθροισι γῆθεν ἐῤῥιζωμένον.* Ac vere variant in spiritu libri. Scholiastes: *ὃν ἐν ἀρχῇ εἶπεν χαλκόπουν ὁδόν, τοῦτον νῦν ὑποτίθεται ἐκτὸς τῆς σκηνῆς, καὶ οὐκέτι ἐν ὄψει τοῦ θεάτρου. καὶ νῦν καταῤῥάκτην προςηγόρευσεν, διὰ τὸ νομίζειν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατάβασιν ἔχειν εἰς Ἅιδου.* Non videtur quidem dubitari posse, quin qui v. 57. dictus est *χαλκόπους ὁδός*, idem sit, quem hic dicit *χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐῤῥιζωμένον·* sed inde non consequitur, non constitisse

χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐῤῥιζωμένον,
ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίστων μιᾷ,
κοίλου πέλας κρατῆρος, οὗ τὰ Θησέως

---

sibi poetam. Non enim mutata est scena fabulae, sed omnia in eodem loco geruntur. Itaque sic potius existimandum videtur, latius patuisse illam aerei liminis appellationem, ut partem comprehenderet loci, qui in scena conspiciebatur, pars autem extra scenam esset, et quidem ea, in qua hiatus esset ille, qui designatur verbis *ὁ καταῤῥάκτης ὁδὸς* et *κοῖλος κρατήρ*, ubi descensus patere ad inferos credebatur.

V. 1588. Libri omnes, *κελεύθων ἐν πολυσχίστῳ μιᾷ*. Emendarunt Heathius, Musgravius, Brunckius.

V. 1589. Apud Suidam v. *κοίλου* legitur *κοίλου πέλας κρατῆρος*. Quae sequuntur, apud eumdem v. *ξυνθήματα* sic scripta sunt, *οἷ τὰ Θησέως Πειρίθου τε κεῖται πιστὰ ξυνθήματα*. Sed cod. Leid. *οὗ*. Scholiastes: *λέγει δὲ δι' οὗ καταβῆναί φασι τὴν κόρην ἁρπαγεῖσαν. Πειρίθου τε φησὶ κεῖται συνθήματα, οἷον ὑπομνήματα τῆς πίστεως ἧς ἔθεντο πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς εἰς Ἅιδου καταβάσεως. ἀμάρτυρον δὲ εἰ διὰ τούτου τοῦ τόπου κατῆλθον. πιθανῶς δὲ ὁ Σοφοκλῆς πρὸς χάριν τῆς Ἀττικῆς φησὶν ἐνταῦθα τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν Οἰδίποδος γενέσθαι.* De illo Thesei et Pirithoi foedere diversae narrationes ferebantur. Aliter enim Pausanias I. 18, 5. *τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος οὐ πόῤῥω χωρίον ἐστίν, ἔνθα Πειρίθουν καὶ Θησέα συνθεμένους ἐς Λακεδαίμονα καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρώτους σταλῆναι λέγουσι.* Is quidem locus in urbe fuit. Non est enim veri simile aliud foedus ab Sophocle dici, etsi scholiastes id ante descensum ad inferos factum ait.

Περίθου τε κεῖται πίστ' ἀεὶ ξυνθήματα·
ἀφ' οὗ μέσος στάς, τοῦ τε Θορικίου πέτρου,

V. 1591. Libri omnes *ἐφ' οὗ μέσον στάς*, praeter Vat. qui *ἐφ' οὗ μέσον στάς*. Scholiastes: *ἐφ' οὗ μέσον στάς. σταθεὶς καὶ μηκέτι ὁδεύσας. μέσον δέ, ἀντὶ τοῦ μεταξὺ τοῦ κρατῆρος, ὅ ἐστι τοῦ μυχοῦ, στάς. τοῦ τε Θορικίου πέτρου. ταῦτα γνώριμα τοῖς ἐγχωρίοις. Θόρικος δὲ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. κοίλης τ' ἀχέρδου, ἀπὸ κοινοῦ τὸ στάς. κοίλης δὲ ἀχέρδου, τῆς τὸν πυθμένα ἐχούσης ὑπόκενον, σαπέντα.* His motus videtur Brunckius, ut scriberet *ἀφ' οὗ μέσος στάς*. Non enim in aliam sententiam accipere licet verba scholiastae, quam ut inter craterem et quae praeterea hic illius loci propria commemorantur, constitisse Oedipum dicat. Eaque ratio tanto magis videtur probanda esse, quod ex omni parte aptissima est. Nam quum ubi constitisset Oedipus satis indicatum esset, primo universe *ἐν τῷ καταῤῥάκτῃ ὁδῷ*, deinde distinctius, *κελεύθων ἐν πολυσχίστων μιᾷ, κοίλου πέλας κρατῆρος*, profecto non opus erat adiici *ἐφ' οὗ*, sed definiendum potius erat, a qua parte crateris illius constitisset. Idque fit per praepositionem *ἀπό*, quam iterat in illis, *κἀπὸ λαΐνου τάφου*. Nam Reisigius, qui haec aversum a saxeo sepulcro interpretatur, sua quadam id libidine fecit, non argumento tali, quo cuiquam persuadeat. Nec persuasit Elmsleio, qui tamen miror quod non habere se meliorem interpretationem ait. Quasi dici nequeat *μέσος ἀπὸ τινῶν τόπων*, ubi ita quis medius est, ut distet ab locis illis, in quorum stat medio. *Μέσος* vero pro *μέσον* et Reisigius et Elmsleius receperunt. Thoricium saxum non videtur ad pagum Thoricum tribus Acamantidis, qui erat prope Sunium, pertinere. *Ἄχερδος*, quae est pirus silve-

κοίλης τ' ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου,
καθέζετ'· εἶτ' ἔλυσε δυςπινεῖς στολάς.
κἄπειτ' ἀΰσας παῖδας, ἠνώγει ῥυτῶν
ὑδάτων ἐνεγκεῖν λουτρὰ καὶ χοάς ποθεν·
τὼ δ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς ἐπόψιον

---

stris, antiqua arbor fuisse videtur, sive illa superstes adhuc, quum hanc fabulam scriberet Sophocles, sive fama celebrata. Et quum pagus fuerit nomine *Ἀχερδοῦς*, non incredibile est ei a tali aliqua arbore, quae casu quodam memorabilis fuerit, nomen illud esse inditum. Caeterum Par. B. Vat. *τοῦ θορικίου πέτρου.* Par. T. *τοῦτ' ἐρικίου πέτρου.*

V. 1592. Habet hunc versum Suidas v. *ἄχερδος*, apud quem *τάφρου* legitur.

V. 1593. Apud Suidam v. *δυςπινῆ* scriptum est, ut in plerisque libris Sophoclis, *ἔδυσε.* Veram scripturam, quam habent Par. B. T. Farn. ex appendice Turnebi reposuit Stephanus.

V. 1596. In eo qui hic dicitur colle non esse fanum Cereris *χλόης*, quod prope arcem Athenarum erat, testibus Pausania I. 22, 3. et scholiasta ad h. l. recte monet Elmsleius. Egregie enim fallitur Reisigius, ex illo ipso fano aquam petitam putans. Nam id fieri non poterat, nisi et Colono relicto, quod fingit Reisigius contra apertissimum poetae testimonium, et in ipsam urbem ingresso Oedipo, quod toti fabulae repugnat. Nec tamen hic non dici illud Cereris *χλόης* fanum puto. Cur enim *εὔχλοον* potius quam alio nomine deam vocasset poeta, nisi hanc voluisset intelligi? Itaque non, ut Elmsleius aliique fecerunt, *εὐχλόου Δήμητρος πάγον* iungenda existimo, qui *πάγος* dicatur *ἐπόψιος*, quod esset conspicuus, sed active dictum arbitror *πάγον, ἐπόψιον εὐχλόου Δήμητρος*, collem eum, ex quo illud in urbe Cereris

πάγον μολοῦσα, τάςδ' ἐπιστολὰς πατρὶ
ταχεῖ 'πόρευσαν ξὺν χρόνῳ, λουτροῖς τέ νιν
ἐσθῆτί τ' ἐξήσκησαν, ᾗ νομίζεται.
ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονήν,
κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο,
κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι
'ρίγησαν, ὡς ἤκουσαν· ἐς δὲ γούνατα

χλόης fanum conspiciatur. Confirmat hanc interpretationem lectio codd. Laur. A. et Par. F. ac Suidae v. πρὸς ὄψιν, qui habent εἰς προςόψιον. Et apud Suidam quidem hic locus ita scriptus est: τόνδ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς προςόψιον πάγον μολοῦσα τάςδ' ἐπιστολὰς πατρὶ τάχει πόρευσον ξὺν χρόνῳ.

V. 1598. Ταχεῖ displicet Reisigio: nam in Trach. 395. ὡς ἐκ ταχείας ξὺν χρόνῳ βραδεῖ μολὼν dictum esse, ut contraria sibi opponerentur. Quare miratur cur non maluerit Sophocles βραχεῖ scribere. Si opus esset correctione, in promptu esset πόνῳ scribere pro χρόνῳ, quae verba saepe commutantur.

V. 1600. Πᾶν δρῶν idem est ac πᾶσα ὑπηρέτησις. Vide ad Trach. 195.

V. 1601. Par. F. κοὐκ ἦν οὐδὲν ἔτ' ἀργόν. Par. T. Farn. οὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδέν. Caeteri ut edd. nisi quod Vat. ἔργον. Comparat Schaeferus Theogn. 583. ἀλλὰ τὰ μὲν προβέβηκεν, ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι ἀργά, ex emendatione Eldikii, pro ἔργα. Pro ἐφίετο Elmsleius ex coniectura ἐφίεται. Vide praefationem nostram ad Eurip. Bacchas p. 53. seq.

V. 1602. Χθόνιος Ζεὺς fortasse ex h. l. memoratus Suidae v. χθονίας βροντάς.

V. 1603. Elmsleius male scripsisse censet Brunckium 'ρίγησαν: nam nisi scribendum sit ut vulgo, ῥίγησαν, geminandum videri ρ. Ego quidem du-

πατρὸς πεσοῦσαι ῎κλαιον, οὐδ᾽ ἀνίεσαν
στέρνων ἀραγμούς, οὐδὲ παμμήκεις γόους.
ὃ δ᾽ ὡς ἀκούει φθόγγον ἐξαίφνης πικρόν,
πτύξας ἐπ᾽ αὐταῖς χεῖρας, εἶπεν· ὦ τέκνα,
οὐκ ἔστ᾽ ἔθ᾽ ὑμῖν τῇδ᾽ ἐν ἡμέρᾳ πατήρ.
ὄλωλε γὰρ δὴ πάντα τἀμά, κοὐκ ἔτι
τὴν δυςπόνητον ἕξετ᾽ ἀμφ᾽ ἐμοὶ τροφήν·
σκληρὰν μέν, οἶδα, παῖδες· ἀλλ᾽ ἓν γὰρ μόνον
τὰ πάντα λύει ταῦτ᾽ ἔπος μοχθήματα.
τὸ γὰρ φιλεῖν οὐκ ἔστιν ἐξ ὅτου πλέον
ἢ τοῦδε τἀνδρὸς ἔσχεθ᾽, οὗ τητώμεναι
τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον.

---

bito an Graecis, quamvis *ἐῤῥίγησα* dixerint, tamen non placuerit geminata littera, ubi per crasin praecederet vocalis longa vel diphthongus.

V. 1604. Ante Brunckium *πεσοῦσαι κλαῖον.* Vat. *πεσοῦσ᾽ ἄκλαιον.*

V. 1606. Hunc et sequentem versum affert Suidas v. *πτύξωμαι.*

V. 1615. Plerique MSS. *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον διάξετον.* Et sic edd. vett. Pro *βίοτον* in Par. T. Farn. est *βίωτον.* Laur. A. Par. F. *τὸ λοιπὸν ἤδη βίοτον διάξετον.* Edd. Triclinianae, *τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον αὖ διάξετον.* Wesselingium Obss. p. 97, *αὖ* in *εὖ* mutantem sequutus est Brunckius. Schaeferus restituit Suidae scripturam v. *τητᾶσθαι, τὸ λοιπὸν ἤδη τοῦ βίου διάξετε.* Sic etiam Reisigius, nisi quod *διάξετον* servavit. Elmsleius ad Med. 1096. *τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον*, idque, quamvis acriter ab Reisigio reprehensus, in textum recepit. Remittet spero aliquid de spiritu illo Reisigius, si reputabit, *τὸ λοιπὸν τοῦ βίου* melius convenire ei, cui non multum vitae supersit, *τὸν βίον* autem tenerae huic aetati, cui multo maxima

τοιαῦτ᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι
λύγδην ἔκλαιον πάντες. ὡς δὲ πρὸς τέλος
γόων ἀφίκοντ᾽, οὐδ᾽ ἔτ᾽ ὠρώρει βοή,
ἦν μὲν σιωπή· φθέγμα δ᾽ ἐξαίφνης τινὸς
θώϋξεν αὐτόν, ὥστε πάντας ὀρθίας
στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας.
καλεῖ γὰρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός·
ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν
χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται.
ὁ δ᾽, ὡς ἐπήσθετ᾽ ἐκ θεοῦ καλούμενος,

---

vitae pars superat. Itaque Elmsleii sententiam probandam duxi. Comparat Reisigius Aristoph. Eccles. 240. εὐδαιμονοῦντες τὸν βίον διάξετε.

V. 1617. Apud Suidam, qui v. λύγδην haec cum praecedente versu affert, legitur ἅπαντες, sed πάντες apud eumdem v. *Μοῦσαι καλαί.*

V. 1618. Vulgo οὐδέ τ᾽, quod male revocatum a Brunckio, quum ante eum iam viri quidam docti οὐδ᾽ ἔτ᾽ e margine ed. Turn. dedissent.

V. 1620. Porsonus ad Eurip. Phoen. 5. augmenti omissione offensus, coniicit, φθέγμα δ᾽ ἐξαίφνης τινὸς θεῶν ἐθώϋξ᾽, ὥστε. Elmsleius, φθέγμα δ᾽ ἐξαίφνης θεοῦ ᾽θώϋξεν αὐτόν. Vide quae de h. l. disputavi in praefatione ad Eurip. Bacch. p. 47. seq. Illud miror, nemini in mentem venisse quaerere, an ut ἀΐσσειν in ᾄσσειν ab Atticis contrahitur, ita licuerit etiam θωΰσσειν in duas syllabas contrahi. Non comparem tamen αὖσαι, cuius praesens est αὔω.

V. 1621. Male Porsonus iungebat φόβῳ δείσαντας, de quo persuasit Reisigio, et, ut videtur, etiam Elmsleio. Construe, ὥστε πάντας δείσαντας, φόβῳ ὀρθίας στῆσαι τρίχας. Vide E. Wunderi Adversar. in Soph. Philoct. p. 52.

αὐδᾷ μολεῖν οἱ γῆς ἄνακτα Θησέα.
κἀπεὶ προςῆλθεν, εἶπεν· ὦ φίλον κάρα,
δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις,
ὑμεῖς τε, παῖδες, τῷδε· καὶ καταίνεσον
μή ποτε προδώσειν τάςδ᾽ ἑκών, τελεῖν δ᾽ ὅσ᾽ ἂν
μέλλῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ᾽ αὐταῖς ἀεί.
ὁ δ᾽, ὡς ἀνὴρ γενναῖος, οὐκ οἴκτου μέτα
κατήνεσεν τάδ᾽ ὅρκιος δράσειν ξένῳ.
ὅπως δὲ ταῦτ᾽ ἔδρασεν, εὐθὺς Οἰδίπους
ψαύσας ἀμαυραῖς χερσὶν ὧν παίδων, λέγει·
ὦ παῖδε, τλάσας χρὴ τὸ γενναῖον φρενὶ

V. 1626. Laur. A. Par. F. *οἷ.* Caeteri MSS. et edd. *οἱ* sine accentu.

V. 1628. Vat. *τέκνον.* *Πίστιν ἀρχαίαν* dicit, quae firma maneat, olim antiqua futura. Sic Aeschylus Agam. 587. *θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ᾽ Ἑλλάδα δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος.*

V. 1629. Affert partem huius et sequentis versus Suidas v. *καταινέσαντος.*

V. 1631. *Ὅσ᾽ ἂν μέλλῃς*, scilicet *τελεῖν.*

V. 1632. *Οὐκ οἴκτου μέτα* dicit, non illum muliebriter in lamenta erupisse, sed fecisse quod facto opus esset significans.

V. 1635. Male Brunckius librorum scripturam in *ἀφαυραῖς* mutavit. Vide supra ad v. 1022.

V. 1636. Par. A. Ricc. et edd. *τὸ γενναῖον φρενί.* Laur. B. *τὸ γὰρ γενναῖον φρενί.* Caeteri MSS. *τὸ γὰρ γενναῖον φέρειν.* Certatim Musgravius, Brunckius, Schaeferus, Reisigius *τὸ γενναῖον* pro *γενναίως* dictum contendunt. Est haec ratio loquendi Graeca quidem, sed non usitata tragicis. Quidni, id quod generosum est animo subeuntes. Non aliter Euripides Alc. 627. *ἔργον τλᾶσα γενναῖον τόδε.*

χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε, μηδ' ἃ μὴ θέμις
λεύσσειν δικαιοῦν, μηδὲ φωνούντων κλύειν.
ἀλλ' ἕρπεθ' ὡς τάχιστα· πλὴν ὁ κύριος
Θησεὺς παρέστω μανθάνων τὰ δρώμενα.
τοσαῦτα φωνήσαντος εἰςηκούσαμεν
ξύμπαντες· ἀστακτὶ δὲ σὺν ταῖς παρθένοις
στένοντες ὡμαρτοῦμεν. ὡς δ' ἀπήλθομεν,
χρόνῳ βραχεῖ στραφέντες, ἐξαπείδομεν
τὸν ἄνδρα, τὸν μὲν οὐδαμοῦ παρόντ' ἔτι,
ἄνακτα δ' αὐτὸν ὀμμάτων ἐπίσκιον
χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός, ὡς δεινοῦ τινὸς
φόβου φανέντος, οὐδ' ἀνασχετοῦ βλέπειν.
ἔπειτα μέντοι βαιόν, οὐδὲ σὺν χρόνῳ,
ὁρῶμεν αὐτὸν γῆν τε προςκυνοῦνθ' ἅμα,
καὶ τὸν θεῶν Ὄλυμπον ἐν ταυτῷ λόγῳ.
μόρῳ δ' ὁποίῳ κεῖνος ὤλετ', οὐδ' ἂν εἷς
θνητῶν φράσειε, πλὴν τὸ Θησέως κάρα.
οὐ γάρ τις αὐτὸν οὔτε πυρφόρος θεοῦ

V. 1637. Vulgo, *μή μ' ἃ μὴ θέμις*. Et sic plerique MSS. Sed in Par. B. F. supra scriptum *δ'*, idque a Brunckio restitutum est.

V. 1640. Non est *ὁ κύριος*, ut Schaefero videbatur, pro rege dictum, sed significat eum, ad quem haec pertinent, in quibus illius praesentia opus est.

V. 1643. Apud Suidam v. *ἀστακτὶ* legitur *ὁμαρτοῦμεν*.

V. 1647. Par. B. T. Vat. Farn. *ἔχοντα χεῖρα κρατός*. Caeterorum librorum scriptura exstat etiam apud Suidam v. *ἐπίσκιον*.

V. 1654. Partem huius et sequentis versus affert Suidas v. *ἐξέπραξεν*, quae autem deinde sequuntur, in v. *θύελλα*, ubi *τῷ τότε χρόνῳ* legitur.

κεραυνὸς ἐξέπραξεν, οὔτε ποντία
θύελλα κινηθεῖσα τῷ τότ' ἐν χρόνῳ·
ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπὸς, ἢ τὸ νερτέρων
εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλύπητον βάθρον.
ἁνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς, οὐδὲ σὺν νόσοις
ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ', εἴ τις βροτῶν,
θαυμαστός. εἰ δὲ μὴ δοκῶ φρονῶν λέγειν,
οὐκ ἂν παρείμην οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν.

V. 1658. Par. F. *ἀλάμπετον*, quod in Laur. A. qui cum caeteris MSS. et impressis ante Brunckium *ἀλύπητον* habet, pro diversa lectione adscriptum est. Musgravius, Brunckius, Schaeferus, Reisigius *ἀλάμπετον* praetulerunt. Elmsleius commemorat Pollucem, III. 98. ita scribentem: *Πλάτων δὲ καὶ τὸ ἀλύπητος ἔφη, ὥςπερ καὶ Σοφοκλῆς ἀλύπητον*, ut videri possit hunc locum respexisse: quamquam in Trach. 168. est *ἀλυπήτῳ βίῳ*. Vtraque scriptura bona: sed *ἀλύπητον* et ab libris plus habet firmamenti, et facilius potuit corrigendum videri ei, qui idem esse quod *εὔνουν* putaret. Sed explicatur eo vocabulo *εὔνουν*, quod *εὔνοια* illa posita est in eo, ut illaesum reciperet Oedipum terra. Elmsleius explicat ita, *ὅπου μὴ λυπεῖταί τις*. Rectius puto dixisset, *ὥςτε μὴ λυπηθῆναι αὐτόν*.

V. 1662. Affert haec Suidas v. *παρείμην*. De quo verbo videndi Ruhnkenius ad Timaei Lex. p. 207. et ad hunc Sophoclis locum Elmsleius atque Reisigius. Significat in meas partes adducere studeo, ut recte monuit Reisigius, i. e. deinde exoro. Elmsleius *ἐκείνων* intelligi vult, quia verbum illud cum genitivo construatur. At regit non minus etiam accusativum, quod docere poterat allatus ab Ruhnkenio Platonis locus de Legg. V.

ΧΟΡΟΣ.

ποῦ δ' αἵ τε παῖδες, χοἰ προπέμψαντες φίλων;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

αἵδ' οὐχ ἑκάς. γόων γὰρ οὐκ ἀσήμονες
φθόγγοι σφε σημαίνουσι δεῦρ' ὁρμωμένας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

στροφὴ ά.

αἰαῖ. ἔστιν, ἔστι νῷν δὴ
οὐ τὸ μὲν, ἄλλο δὲ μή, πατρὸς ἔμφυτον

---

p. 742. B. ubi nunc ex codd. restitutum *παρέμενος τοὺς ἄρχοντας*.

V. 1665. Laur. B. Par. A. Ricc. ut editi, *φθόγγοι σφε σημαίνουσι*. Caeteri MSS. *φθόγγοις δὲ σημαίνουσι*, nisi quod Vat. *δὲ* omittit. Ea scriptura ducere potest ad lectionem minime malam: *γόων γὰρ οὐκ ἀσήμονες· φθόγγοις δὲ σημαίνουσι δεῦρ' ὁρμώμεναι.*

V. 1666. Libri *αἶ αἶ, φεῦ. ἔστιν, ἔστι νῷν δή*. Nisi quod nonnulli codd. bis cum littera paragogica *ἔστιν*, Par T. autem et Farn. *ἔστ' ἔστι*. Brunckius et Reisigius, qui non debebat eiusmodi crasin probare in Syntagm. p. 32. cum Mudgio, *φεῦ, ''στιν, ἔστι*. Elmsleius coniecit, *φεῦ πάρεστι νῷν δή*. Delevi *φεῦ*, adiectum a glossatoribus. Sensum verborum solus videtur Reisigius perspexisse. Hoc dicit Antigona: licet, licet nobis non in hoc quidem, in alio autem non (i. e. in rebus omnibus) patris insitum infandum sanguinem miseris gemere. Nam *ἔμφυτον ἄλαστον αἷμα* dicit infelicem sanguinem, ex quo procreatae sint: cui origini debeant, quod et vivo illo perpetuis malis conflictatae sint, et nunc morte eius incredibilia perpessae.

ἄλαστον αἷμα δυςμόροιν στενάζειν,
ᾧτινι τὸν πολὺν
ἄλλοτε μὲν πόνον ἔμπεδον εἴχομεν,
ἐν πυμάτῳ δ' ἀλόγιστα παροίσομεν
ἰδόντε καὶ παθούσα.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ' ἔστιν;

V. 1670. Laur. A. Par. F. T. Farn. et edd. Triclinianae recte *εἴχομεν*. Caeteri libri *ἔχομεν*. Ne quis *ἔσχομεν* corrigeret, quod fecerat Elmsleius ad Heracl. 634. sensum obstare monuit Reisigius.

V. 1671. Affert hunc versum Suidas v. *ἀλόγιστα*. Haerent interpretes in verbo *παροίσομεν*. Est id non alio significatu dictum quam in Iphig. Aul. 981. *αἰσχύνομαι δὲ παραφέρουσ' οἰκτροὺς λόγους*. I. e. afferemus, dicemus. Sensus est: ad extremum denique inexputabilia nos vidisse expertasque esse dicemus.

V. 1672. Laur. A. Par A. et edd. ante Brunckium, *ἰδόντε καὶ παθούσα*. Caeteri MSS. *ἰδόντε καὶ παθοῦσαι*, praeter Vat. qui *ἰδεῖν τε καὶ παθοῦσαι*. Nesciebat Brunckius harum formarum usum ad soni suavitatem attemperari, quum putavit Sophoclem scripsisse *ἰδόντε καὶ παθόντε*.

V. 1673. Libri sic: *ΧΟ. τί δ' ἔστιν; ΑΝ. οὐκ ἔστιν μὲν εἰκάσαι φίλοι.* Iuntina secunda omittit *μέν*. Scholiastes interpretatur: *οὐδὲ εἰκόνα ἔχω λαβεῖν τοῦ πάθους*. Non minus miror Reisigium, qui distinxit, *οὐκ ἔστιν μέν, εἰκάσαι*, i. e. ipso interprete, non est amplius, videlicet: aut Elmsleium, cui satis facit vulgata. Si quis, quid res ipsa dici postulet, considerare volet, non poterit dubitare, quin delendum sit *οὐκ*, ineptissimum additamentum metrici, versum facere tri-

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἔστιν μὲν εἰκάσαι, φίλοι.

ΧΟΡΟΣ.

βέβηκεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὡς μάλιστ' ἂν εἰ πόθῳ λάβοις.
τί γάρ, ὅτῳ μήτ' Ἄρης,

---

metrum volentis. Idque comprobant etiam veteres libri in versu antistrophico. Respondet enim Antigona: licet id coniicere. Vnde chorus: obiit? Illud vero dubium est, utrum *ἔστιν μὲν εἰκάσαι, φίλοι*, dederit poeta, an, quo ducere videtur Iuntinae secundae scriptura, *ὃ κἄστιν εἰκάσαι, φίλοι*, quod accuratissime respondet syllabis versus antistrophici.

V. 1675. Vulgo *εἰ πόθῳ*. Par. T. et Farn. *εἰ πόθον*, altera lectione in T. supra scripta. Canterus coniiciebat *ἐν πόθῳ* vel *εἰς πόθον*. *Ἐν πόθῳ* receperunt Brunckius et Elmsleius. Vulgatum servavit Reisigius, qui hunc locum in diss. de particula *ἂν* p. 122. sic interpretatur, *ὡς εἰ μάλιστα ἂν πόθῳ λάβοις*. Id si voluisset Sophocles, omittere debuisset *ἄν*. Mireris viros doctos non perspexisse facillimam constructionem verborum, *ὡς μάλιστ' ἄν*, (*βαίης* scilicet vel *λάβοις*) *εἰ πόθῳ λάβοις*· obiit, quo modo maxime mortem accipias, si exoptatam accipias.

V. 1676. Scholiastes, cuius verba non videntur mendo vacua: *πρὸς τὸ ἄνω. τί γάρ ἔστιν εἰκονίσαι ἐκείνῳ πάνυ, ᾧτινι μήτε πόλεμος, μήτε νόσος ἐπῆλθεν, ἀλλ' ἀφανῶς διὰ χάσματος ἀπολομένῳ.* Hinc Reisigio suspicio subnata, fuisse qui legerent *μήτε νοῦσος* pro *μήτε πόντος*. At nimirum,

μήτε πόντος ἀντέκυρσεν,
ἄσκοποι δὲ πλάκες ἔμαρψαν
ἐν ἀφανεῖ τινὶ μόρῳ φερόμεναι.
τάλαινα· νῷν δ' ὀλεθρία
νὺξ ἐπ' ὄμμασιν βέβηκε.
πῶς γὰρ ἤ τιν' ἀπίαν γᾶν, ἢ
πόντιον κλύδων' ἀλώμεναι, βίου
δύσοιστον ἕξομεν τροφάν;

---

si ipsi credis, Ἄρης et caedis et pestilentiae notionem complectitur, in quam rem memorat Oed. R. v. 190—192. Satis haec refutavit Elmsleius his verbis: „scholiastae scripturum servavit Vat. „μήτε πόνος ἀντέκυρσεν.“ Id iam viderat Dorvillius ad Charit. p. 488. (497. ed. Lips.)

V. 1679. Libri omnes φαινόμεναι. Reisigius 'παγόμεναι, quod vult esse ἐπαγόμεναι. Quam ego coniecturam cum eo communicavi, φερόμεναι, in quam incidit etiam Martinus, nequaquam probat, argumento argutiore, quam ad quod ego respondeam. De sua tamen emendatione postea dubitare coepit, ut ambigeret an scribendum putaret σφ' ἀγόμεναι, vereor ne non felicius. Elmsleio φερόμεναι verum, licet minus congruum, videtur. Reposui hoc, si quidem constat mediis formis saepe usum esse Sophoclem, ubi usitatae sunt activae. Similiter in hoc ipso verbo in Electra v. 475. εἶσιν ἁ πρόμαντις Δίκα, δίκαια φερομένα χεροῖν κράτη.

V. 1680. Inepte Heathius ταλαίνα numero duali, metro arguente.

V. 1682. Homeri exemplo ἀπίαν γᾶν de longinqua regione dixit. Vat. πῶς γὰρ ἢ τίνα ποίαν γᾶν. Versus hic finiri videtur trochaeo semanto. Non enim apti verbis numeri sunt, si ἢ et in antistropha μὴ sequenti versui adiicitur.

ΙΣΜΗΝΗ.

στροφὴ β'.

οὐ κάτοιδα.
κάτα με φόνιος Ἀΐδας
ἕλοι πατρὶ ξυνθανεῖν γεραιῷ
τάλαιναν· ὡς ἔμοιγ' ὁ μέλ-
λων βίος οὐ βιωτός.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα,
τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς

V. 1685. Hi quinque versus in edd. vett. et codd. Brunckii Antigonae continuantur. Elmsleius personarum notas e codd. suis non enotavit. Edd. Triclinianae tribuunt Ismenae.

V. 1690. Par. T. Farn. ed. Turn. ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα. Quod probarunt Brunckius et qui post eum Sophoclem ediderunt, praeter Reisigium, qui servavit caeterorum librorum scripturam, ὦ δίδυμα τέκνων ἄριστα. Sed quam hic metrorum systematumque rationem excogitavit, eam quoniam nemini probatum iri confido, non est cur in hoc genere laborem.

V. 1691. Brunckius cum edd. et MSS. Triclinianis, τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς χρὴ φέρειν. Veteres edd. et caeteri MSS. ac Suidas in v. τὸ φέρον sic: τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς φέρειν χρή, nisi quod in Laur. B. bis scriptum καλῶς. Quae sequuntur, in libris omnibus ita sunt scripta: μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον· οὔτοι κατάμεμπτ' ἔβητον, si excipias mendose exaratam in quibusdam vocem κατάμεμπτα. Brunckius οὕτω delevit et ἔβητον. Elmsleius scripsit ἐβήτην. Idem coniicit scribendum esse τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς, ut ἔχει suppleatur, omissis

μηδέ γ' ἄγαν φλέγεσθον· οὔ

φέρειν χρή. Et haec quidem duo verba ante Elmsleium mihi quoque visa sunt expungenda esse, etsi aliter quam ille de hoc loco sentio. Primum enim quum antistrophici versus in antiquorum librorum scriptura bonos habeant et bene concordantes numeros, strophici non modo cum illis non congruunt, sed ne per se quidem probabiles haberi possunt. Turbat enim hanc numerorum compositionem gravatus spondeo versus, μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον, quem qui in hoc genere exercitatus est, facile sentiat dissonum esse ad reliquos numeros. Deinde quod placet Brunckio τὸ φέρον dictum esse pro τὸ φερόμενον, id ex eo machinarum genere est, quo nihil non possit demonstrari. Immo dubitari non potest, quin τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς significet, quod ab deo bona affert. Porro illa verba, φέρειν χρή, quae modo praegresso alia significatione verbo φέρον valde invenusta sunt, non possunt tamen temere deleri, nisi monstretur unde illata sint. Facile autem coniici potest, ex interpretatione nata esse, quum non recte intellecta essent sequentia. Nam si hic locus ita, ut ego eum constitui, legebatur, τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς μηδέ γ' ἄγαν φλέγεσθον· i. e. quod ab deo bona affert, etiam non debet vos nimis urere, non est mirum, qui non animadvertebant μηδὲ esse etiam ne, sed putabant nec vel neu significare, supplevisse φέρειν χρή, et addidisse explicandi caussa etiam οὕτω. Quod si Elmsleius ἄγαν οὕτω aliquot aliis exemplis firmari iudicat, id non eam tamen vim habet, ut propterea hic quoque ab ipso poeta scribi necesse fuerit. In scholiastarum adnotationibus nullum est illius οὕτω vestigium. Sic enim illi: ταῦτα ὁ χορός, παρηγορῶν ἐμμένειν τοῖς ἐγνωσμένοις παρὰ θεῶν. φέρε οὖν τὸ ἐκ θεῶν εἱμαρ-

τοι κατάμεμπτ' ἔβητον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀντιστροφὴ ά.

πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις.
καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ τὸ φίλον, φίλον·

μένον καλῶς. μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον· ἀντὶ τοῦ μὴ ἄκρως φλέγεσθε, τὸ ἐκ θεοῦ πεμφθὲν δυσαναςχέτως φέρουσαι. Turnebus haec ita edidit: παραινεῖ ἐμμένειν τοῖς ἐγνωσμένοις παρὰ θεῶν. φέρειν γὰρ, φησὶ, χρὴ τὸ ἐκ θεῶν εἱμαρμένον καλῶς. Μηδ' ἄκρως φλέγ. τὸ ἐκ θεοῦ πεμφθὲν βαρέως φέρουσαι καὶ δυσαναςχετοῦσαι.

V. 1693. Scholiastes: οὐκ ἐν τοιούτοις ἐστὲ ὥςτε καταμέμφεσθαι. ἤτοι ὡς ἂν ἐπικουφίζοντος αὐταῖς τὴν συμφορὰν τοῦ βασιλέως. ἢ οἷον οὐκ ἐν χείρονι νῦν ὑμῖν ἔσται τὰ πράγματα. Elmsleius comparat εὖ βεβηκόσιν in Electra v. 979. Alia magis dissimilia Musgravius, quem sequitur Reisigius. Mihi illa interpretatio vel propter aoristum non videtur admitti posse, sed puto sensum esse, non venistis ita, ut conqueri debeatis: i. e. non ita venistis Athenas, ut sit quod vos poeniteat, quippe impetrata tutela Thesei.

V. 1695. Laur. A. B. Par. F. T. Farn. et ed. Turn. καὶ γὰρ ὁ μηδαμῇ δὴ τὸ φίλον φίλον. Sic etiam Par. A. B. Ricc. Vat. sed illi ὃ exhibentes, quod receptum a Stephano. Edd. vett. omisso δὴ sic: καὶ γὰρ ὃ μηδαμῇ τὸ φίλον φίλον. Brunckius dedit, καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ φίλον ἦν, φίλον. Quae Reisigius in hoc versu mutavit, sciens praetereo. Recte Elmsleius nihil nisi μηδαμῇ in μηδαμὰ correxit, sed fallitur in eo, quod ὃ μηδαμὰ τὸ φίλον novum putat dicendi genus esse pro τὸ μηδαμῶς φίλον. Nihil hic novi est. Differunt enim ὃ μηδαμὰ φίλον ἐστίν, et ὃ μηδαμὰ τὸ φί-

ὁπότε γε καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον.
ὦ πάτερ, ὦ φίλος,
ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος·
οὐδὲ γὰρ ὢν ἀφίλητος ἐμοί ποτε

λον ἐστίν, quorum illud est, quod non est gratum; hoc, quod non est id quod gratum est, i. e. quod non erat gaudium nostrum. Ita quis non videat quid intersit utrum dicas, ὅς ἐστι ξένος, an ὅς ἐστιν ὁ ξένος?

V. 1696. Vat. omittit γε. Ingeniose Reisigius, ὅτ' ἦν γε, καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον. Librorum scriptura, quae impedita visa est Elmsleio, defendi potest, si meminerimus, aliud esse ὁπότε, quod infinitum est; aliud ὅτε, quod finitum. Ex quo patet non posse sensum esse, quum illum in manibus habebam, quod dicendum fuisset ὅτε, sed, quia ὁπότε dictum est, rationem reddi praecedentium. Atque ita etiam καὶ quid sibi velit intelligi potest. Hoc enim dicit Antigona: ergo etiam malorum aliquod desiderium est: nam etiam quod minime id erat, quod gratum esset, gratum est, quandoquidem etiam illum manibus fovebam: i. e. quandoquidem etiam virum caecum et malis pene oppressum sedulo curabam.

V. 1698. Vix opinor persuadebit cuiquam Reisigius, κατὰ non cum γᾶς esse iungendum, sed cum verbo εἱμένος, καθειμένος γᾶς σκότον.

V. 1699. Libri omnes οὐδὲ γέρων ἀφίλητος ἐμοί ποτε. Elmsleio vix dubitandum videtur, quin pro γέρων scribendum sit θανών, vel πεσών, vel simile quid. Si quid huiusmodi, omnino praeferendum esset θανών, ut gravissimum, quia maxime simplex. Sed satius duxi una littera mutata γὰρ ὢν scribere. Omnia enim haec verba nihil sunt nisi explicatio illorum, ὦ φίλος.

καὶ τᾷδε μὴ κυρήσῃς.

ΧΟΡΟΣ.

ἔπραξεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἔπραξεν οἷον ἤθελεν.

ΧΟΡΟΣ.

τὸ ποῖον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἇς ἔχρῃζε γᾶς ἐπὶ ξένας
ἔθανε· κοίταν δ' ἔχει
νέρθεν εὐσκίαστον αἰέν,
οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυτον.
ἀνὰ γὰρ ὄμμα σε τόδ', ὦ πάτερ, ἐμὸν

V. 1700. Par. T. Farn. et ed. Turn. *τᾷδε*, quod receperunt novissimi editores. Caeteri MSS. et edd. *τάδε*. Tum Vat. Brunckius, Reisigius, *κυρήσεις*. Caeteri libri *κυρήσῃς*, nisi quod in Par. B. scriptura ambigua est. *Καὶ τᾷδε* significare et huic Ismenae, vidit Elmsleius. Reisigius interpretatur sic, i. e. *οὐδὲ θανών*. Id Sophocles, puto, *οὐδ' ὧδε* dixisset.

V. 1701. Libri veteres, ut edidi. Tricliniani, *ΧΟ. ἔπραξεν οὖν. ΑΝ. ἔπραξεν* etc. Reisigius languide: *ΧΟ. ἔπραξε —; ΑΝ. πᾶν ἔπραξεν, οἷον ἤθελεν.* Elmsleius: *ΧΟ. ἔπραξεν; ΑΝ. ἐξέπραξεν* etc. Vide ad v. 1674.

V. 1706. Par. A. Ricc. Brunckius, Reisigius, *ἄκλαυστον.*

V. 1707. Laur. B. *ἀεὶ γὰρ ὄμμά τε τόδ'*. Par. B. Vat. *ἀεὶ γὰρ ὄμμά σε καὶ τόδ'*. Caeteri libri *ἀεὶ γὰρ ὄμμα σε τόδ'*. Pro *ἀεὶ* Elmsleius vix du-

στένει δακρῦον, οὐδ' ἔχω
πῶς με χρὴ τὸ σὸν τάλαιναν
ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος. τῷ μὴ
γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες, ἀλλ'
ἔρημος ἔθανες ὧδέ μοι.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀντιστροφὴ β'.

ὦ τάλαινα,
τίς ἄρα με πότμος αὖθις ὧδ'

---

bitari posse ait quin scribendum sit ἔτι. Id quidem languidum esse, ipse videtur sensisse. Horrenda auditu comminiscitur Reisigius, ἀεὶ in unam syllabam contractum, vel Doricum ἀέ. Idem scribi iubet στενεῖ. Videor mihi hos conatus inutiles reddidisse eo, quod in textu posui.

V. 1708. Δακρῦον Reisigius. Librorum veterum alii δάκρυον, alii δακρύον. Tricliniani δακρύρροον.

V. 1710. Hic versus deest in Par. B. Vat. Qui eum habent libri, in iis omnibus scriptum ἰὼ μή. Mirum in modum friget Elmsleii πω pro ἰώ, additum praecedentibus. Reisigii minus etiam memorabile inventum est. Mutandum erat ἰὼ in τῷ. Hoc dicit: quare utinam ne in peregrina terra cupivisses mori, sed mortuus esses ita mihi desertus. Quoniam enim sentit tanto minus leniri dolorem suum posse, quod ne tumulus quidem patris sibi relictus sit, optat ut ille ne quaesivisset hanc apud exteros mortem, sed obiisset potius ita desertus ignotusque, ut ante cum ipsa per terras vagus errabat, quo saltem sepelire eum et iusta facere in tumulo posset.

V. 1714. Vulgo, τίς ἄρα με πότμος αὖθις ὧδ' ἔρημος ἄπορος ἐπιμένει σέ τ', ὦ φίλα, πατρὸς ὧδ'

ἔρημος . . . .
ἐπαμμένει, σέ τ', ὦ φίλα,
τὰς πατρὸς ὧδ' ἐρήμας;

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἐπεὶ ὀλβίως γ' ἔλυσεν
τὸ τέλος, ὦ φίλαι, βίου,
λήγετε τοῦδ' ἄχους· κακῶν
γὰρ δυςάλωτος οὐδείς.

ἐρήμας. Par. A. Ald. aliaeque vett. edd. *ἐπιμένεις ἔτ' ὦ φίλα*. Ricc. *ἐπιμένεις ὧδε φίλα*, adnotata altera scriptura *ἔτ' ὦ φίλα*. Tum Ricc. *ἐρήμα*. Elmsleius coniicit *ὦ φίλα παῖ*, metri caussa. Mihi facilius aptiusque *τὰς* inseri visum. Reisigius, inaudita quadam antisystematum ratione inventa, offensus verbo *ἐρήμας* praegresso *ἔρημος*, verba *αὖθις ὧδ' ἔρημος ἄπορος*, ut e v. 1733. huc tracta ab librariis, delevit. In ea re tantum puto veri esse, *ἄπορος* aberrante illuc librarii oculo hic esse positum. In caeteris nihil vitii est. Nam *πότμος αὖθις ὧδ' ἔρημος* est vita, quam iterum vagae et inopes acturae sunt: *πατρὸς ἐρήμας* autem quis non videt orbas patre dici? Itaque servatis quae servanda erant, lacunae signa posui, quae Brunckius post *ὦ φίλα* posuerat, scripsique *ἐπαμμένει* et *τὰς πατρὸς ὧδ' ἐρήμας*. Vitiatus est locus eo, quod librarius, quum oculos in v. 1733. coniecisset, *ἄπορος* adiunxit: animadverso errore autem ea, quae pro illo verbo scribere debuerat, in margine notavit, quae neglecta sunt a scriba, a cuius manu ad nos pervenit haec fabula.

V. 1720. Libri Tricliniani *λήγετον τοῦδ' ἄχους. κακῶν γὰρ οὔτοι δυςάλωτος οὐδείς*. Veteres libri et Suidas v. *ἄχος*, ut in textu dedi.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

στροφὴ γ΄.

πάλιν, φίλα, συθῶμεν.

ΙΣΜΗΝΗ.

ὡς τί ῥέξομεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἵμερος ἔχει με

ΙΣΜΗΝΗ.

τίς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τὰν χθόνιον ἑστίαν ἰδεῖν

V. 1722. Veteres libri choro tribuunt, quae in Triclinianis recte sunt Ismenae data. Et sic iam scholiastes: *κατὰ κῶλον ἀλλήλαις διαλέγονται. καὶ μή τινι ἀπίθανον δόξῃ καὶ ἀνοικονόμητον τὸ ἐπιθυμεῖν τὴν Ἀντιγόνην ὀπίσω ἀνιέναι ἐπὶ τὸν τοῦ πατρὸς τάφον, μὴ ἐπισταμένην τὰ κατ' αὐτὸν ὅπως ἀπέθανεν. ἀλλὰ τὸ ἦθος ἐστὶ παθητικόν, καὶ ὃ μάλιστα πράττουσιν αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς τοιούτοις συμπτώμασιν, ἀεὶ ἐπιφοιτᾶν θέλουσαι τοῖς τῶν θανόντων τάφοις.* Laur. B. Par. A. Ricc. edd. vett. *ὡς τί ῥέξομεν;* Caeteri codd. cum Triclinianis male coniunctivum habent. Tractavit hanc stropham atque antistropham Wunderus in Adversariis ad Soph. Philoct. p. 67. seqq.

V. 1724. Par. A. Ricc. edd. ante Brunckium *τὰν χθονίαν.* Caeteri MSS. et margo Turn. *τὰν χθόνιον.*

ΙΣΜΗΝΗ.

τίνος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πατρός, τάλαιν' ἐγώ.

ΙΣΜΗΝΗ.

θέμις δὲ πῶς τάδ' ἐστί; μῶν

V. 1725. Solus Vat. ἐγώ, ut ex Heathii emendatione Brunckius. Venetus et caeteri libri ἔγωγε.

V. 1726. In Ven. deest πῶς. Libri Tricliniani post μῶν addunt δῆτ', ut scilicet adiectis verbis οὐχ ὁρᾷς trimeter efficiatur. Metra recte descripsit Wunderus. Sed quod idem coniecit, θέμις δὲ πῶς τάδ' ἐστὶ νῷν; οὐχ ὁρᾷς, eo non opus. Neque Ismenae verba, ut ille putat, ita cohaerere possunt, οὐχ ὁρᾷς καὶ τόδε, ὡς ἄταφος ἔπιτνε δίχα τε παντός; Quomodo enim sic Antigona, priusquam accepisset quid vellet soror, illis, τί τόδ' ἐπέπληξας, adiicere posset τί τόδε μάλ' αὖθις? Nam quae nihil dum accepit, non potest profecto, quasi de duobus unum iam audierit, de altero quaerere. Idem dictum volo contra Reisigium, qui ipse quoque illud μῶν οὐχ ὁρᾷς ad sequentia referens, non solum Antigonam in eamdem illam dicendi perversitatem implicavit, sed, quod multo minus cuiquam alii in mentem veniat, etiam Ismenam et argutari et loqui, ut nemo loqui potest, fecit, quum eam, dum μῶν οὐχ ὁρᾷς dicit, in mente habere ἄταφος ἔπιτνε; dum autem καὶ τόδ' ὡς, illa δίχα παντὸς respicere censet. Immo hoc dicit Ismena: quomodo vero hoc fas est? num id non vides? scilicet non esse fas. Ad hoc respondet Antigona, quid hoc obiicis? Nam ipsum illud verbum ἐπέπληξας monstrat, non eam quaerere quid velit

οὐχ ὁρᾷς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί τόδ' ἐπέπληξας;

ΙΣΜΗΝΗ.

καὶ τόδ', ὡς

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί τόδε μάλ' αὖθις;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἄταφος ἔπιτνε, δίχα τε παντός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἄγε με, καὶ τῷδ' ἐπενάριξον.

---

soror, sed exclamare, quod ei in mentem revocet id, quo quod cupit irritum esse intelligat. Tum Ismena reliqua addit: et illud, quod insepultus et seorsim a quovis alio e medio sublatus est. Quae interpellat Antigona, quaerens, quid hoc alterum sit, quod priori illi admonitioni addat. Nam moderatior animi Ismena duobus argumentis retinet sororem visendi sepulcri cupidam, uno, quod accedi illuc nefas sit; altero, quod neque exstet sepulcrum patris, nec locus omnibus ignotus inveniri possit. Est igitur Ismenae oratio ita explicanda: *μῶν οὐ τοῦτο, τὸ μὴ θέμις εἶναι, ὁρᾷς; καὶ τόδε, ὡς ἄταφος ἔπιτνε, δίχα τε παντός;*

V. 1730. Vulgo, *ἄγε με καὶ τότ' ἐνάριξον.* Sic etiam Ricc. sed ad primam verbi *ἐνάριξον* syllabam supra scripto altero *ν*. Laur. B. *ἄγε με καὶ τότ' ἐξενάριξον.* Quod Elmsleius coniecit, *ἐπενάριξον*, ante iam mihi quoque in mentem venit.

ΙΣΜΗΝΗ.

. .

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

. . . . .

ΙΣΜΗΝΗ.

αἰαῖ, δυςτάλαινα, ποῖ δῆτ'
αὖθις ὧδ' ἔρημος ἄπορος
αἰῶνα τλάμον' ἕξω;

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφὴ γ'.

φίλαι, τρέσητε μηδέν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλὰ ποῖ φύγω;

ΧΟΡΟΣ.

καὶ πάρος ἀπέφυγε

Non consistendum tamen in eo putavi, sed etiam languidum illud planeque ineptum τότ' in τῷδ' mutavi, si quidem etiam non optimi codices aliquando verae scripturae vestigia conservarunt. Nam Vat. Ven. ἄγε μοι καὶ τόδ' ἐνάριξον. Duc me, inquit, et illi, patri nostro, victimam adde.

V. 1734. Libri τλάμων ἕξω, praeter Laur. B. qui τλάμων ἄξω. Meam emendationem, τλάμον', lib. III. de metris p. 437. propositam, receperunt Bothius, Reisigius, Elmsleius.

V. 1735. Quae in stropha Antigonae partes erant, in antistropha chori sunt; ipsa autem Antigona in Ismenae locum successit.

V. 1736. Haec in libris omnibus ita scripta sunt: καὶ πάρος ἀπεφευγέτον, σφῶϊν (vel σφῷν) τὸ μὴ

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί;

ΧΟΡΟΣ.

τὰ σφῷν τὸ μὴ πιτνεῖν κακῶς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

φρονῶ.

ΧΟΡΟΣ.

τί δῆθ', ὅπερ νοσεῖς;

πιτνεῖν κακῶς. Brunckius ἀπεφύγετον. Elmsleius ἀπεφυγέτην et πίτνειν, quod posterius legitur in Laur. A. B. quorum B. omittit μή. Alia ausus est Reisigius. Scholiastes: κακῶς ἡ ἀντωνυμία. διὸ τὸ χ. Incommodis omnibus lenem mihi videor medelam adhibuisse. Hoc dicunt. CH. etiam ante effugit — AN. quid? CH. res vestra, ne male affligeretur. Recordari iubet chorus puellas, paullo ante eas Creonti esse ereptas.

V. 1738. Φρονῶ recte accipiunt Heathius aliique pro responsione: intelligo. Deinde libri ὑπερνοεῖς, quod Heathius interpretatur insuper meditaris. Fr. Guil. Graserus, vir iuvenis in his litteris egregie versatus, coniiciebat, τί δῆθ' ὅπερ νοεῖς; Si in hanc sententiam verba illa interpretanda essent, etiam ὑπεννοεῖς scribi posset, quo verbo usus est Aelianus V. H. IV. 8. Sed facile docere potest ratio et ordo huius colloquii, non quaerere chorum, quid facturae sint hae virgines, sed operam dare ut eas consoletur. Itaque una tantum littera a vero abfuisse Graserum puto, quam restitui. Quid est ergo, inquit, in quo laboras?

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὅπως μολούμεθ' ἐς δόμους
οὐκ ἔχω.

ΧΟΡΟΣ.

μηδέ γε μάτευε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

μόγος ἔχει.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ πάρος ἐπειρῶ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τοτὲ πέρα, τοτὲ δέ γ' ὕπερθεν.

V. 1741. In libris haec ita leguntur: *ΧΟ. μηδέ γε μάτευε. μόγος ἔχει. καὶ πάρος ἐπεί. ΑΝ. τοτὲ μὲν πέρα, τοτὲ δ' ὕπερθεν. ΧΟ. μέγ' ἆρα πέλαγος ἐλάχετόν τι; ΑΝ. ναί. ναί. ΧΟ. ξύμφημι καὐτός.* Nec variatur, nisi quod Laur. B. *λόγος σ' ἔχει* habet, et edd. Triclinianae *καὶ πάρος ἐπεὶ* cum sequentibus ut Antigonae verba coniungunt. Eaedem *ἄρα* pro *ἆρα*. Elmsleius *ἐλαχέτην*. Personas recte distinxit Wunderus, minus ille feliciter versum 1742. tentans, quem ego aliter correxi. Nec probo, quod ille coniecit *ἐπεῖχε* pro *ἐπεί*: quod eo in verbo instandi potius atque imminendi, quam tenendi notio, quam hic requirimus, inest. Itaque aliud posui verbum, cuius ultima syllaba excidisse videretur. Nam nisi huiusmodi quid dedisset poeta, facile poterat scribere *καὶ τὸ πάρος εἶχε*. Procedit oratio hoc modo: AN. quo pacto revertamur non habeo. CH. ne quaere quidem. AN. malis teneor. CH. etiam antehac experiebare. AN. nunc supra modum, nunc etiam amplius.

ΧΟΡΟΣ.

μέγ᾽ ἄρα πέλαγος ἐλάχετόν τι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ναί, ναί.

ΧΟΡΟΣ.

ξύμφημι κἀυτός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

φεῦ, φεῦ. ποῖ μόλωμεν, ὦ Ζεῦ;
ἐλπίδων γὰρ ἐς τίν᾽ ἔτι με
δαίμων τανῦν γ᾽ ἐλαύνει;

ΘΗΣΕΥΣ.

παύετε θρῆνον, παῖδες. ἐν οἷς γὰρ

V. 1746. Libri, *ἐλπίδων γὰρ ἐς τί με.* Brunckius *ἐς τίν᾽ ἡμᾶς.* Elmsleius coniecit *ἐς τί δή με.* Posui, quod magis cum numeris strophicis conveniret.

V. 1747. Par. B. *τὸ νῦν δ᾽ ἐλαύνει.* Par. F. *τὰ νῦν ἐλαύνει.* Vat. *τὸ νῦν ἐλαύνει.* Nisi hunc codicem Elmsleius hic cum Par. B. confudit. Nam Venetus, qui fere ubique cum Vat. conspirat, *τὸ νῦν δ᾽ ἐλαύνει.*

V. 1748. Hos tres versus, qui in libris chori sunt, Theseo tribuendos viderunt Heathius et Tyrwhittus, quorum iudicio accesserunt recentiores critici. Laur. A. et a correctore B. tum Par. F. Vat. Ven. *θρήνων*, quod recepit ex scholiis Stephanus, servaruntque Brunckius et Reisigius. Elmsleius cum caeteris libris *θρῆνον.*

χάρις, ἣ χθονία ξυναποικεῖται,

V. 1749. Vulgo ξυναποκεῖται, et ita MSS. praeter Par. B. Farn. Vat. Ven. qui συναποκεῖται. Prorsus mirabile est dictuque incredibile, χάριν χθονίαν Reisigio visam esse gratiam civitati ab Oedipo habitam: in qua ille defixus opinione ξὺν ἀπόκειται scripsit, quod recepit Elmsleius. Audiri debebat scholiastes: τῇ μὲν ἑρμηνείᾳ ἐπιστῆσαι ἄξιον. τὸ δὲ τῆς διανοίας σαφές. (Ita enim scribendum pro ἀσαφές.) φησὶ γὰρ ὁ χορός, μὴ θρηνεῖτε, ὦ παῖδες. νέμεσις γάρ ἐστι τοῦτον θρηνεῖν, ᾧ τὰ τῆς τελευτῆς κατὰ χάριν ἀπέβη. οὐ χρὴ οὖν τούτους πενθεῖν, οἷς κεχαρισμένον ἐστὶ τὸ ἀποθανεῖν. Ac profecto quid apertius, quam sensum esse, in quo statu accepta sit mors, non esse lugendum? Sed quamvis exquisita amet Sophocles, tamen nimis artificiose, et ne recte quidem, mors grata dicta esset χάρις ἡ χθονία, quod saltem hoc fuisset ordine verborum dicendum, ἡ χθονία χάρις. Ex his facile intelligi potest, ad χάρις supplendum esse ἐστίν, ἡ autem scribendum esse ἥ, quae. Porro quod ex Heathii coniectura Brunckius dedit, ξύν γ' ἀπόκειται, propter inepte positam particulam γὲ vitiosum est; Porsoni νῦν ἀπόκειται autem mirum in modum languet. Nec Reisigii ξύν' ἀπόκειται admitti potest, quia duram molestamque reddit orationem. Quare ξυναποικεῖται scripsi. Nam quibus in rebus gratia est, inquit, quae simul cum mortuo apud inferos relinquitur, non est lugendum: i. e. non est lugendum in ea fortuna, in qua relinquimus apud inferos voluptatem quamdam cum mortuo: cui scilicet gratam atque exoptatam fuisse mortem sciamus. Ἀποικεῖσθαι sic usurpavit poeta in Oed. R. 997. ὧν οὕνεχ' ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ πάλαι μάκραν ἀπῳκεῖτο.

πενθεῖν οὐ χρή· νέμεσις γάρ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ τέκνον Αἰγέως, προπιτνοῦμέν σοι.

ΘΗΣΕΥΣ.

τίνος, ὦ παῖδες, χρείας ἀνύσαι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τύμβον θέλομεν
προσιδεῖν αὐταὶ πατρὸς ἡμετέρου.

ΘΗΣΕΥΣ.

ἀλλ' οὐ θεμιτὸν γὰρ κεῖσε μολεῖν.

V. 1751. Laur. A. B. Par. A. B. F. Vat. Ven. edd. vett. *ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίπτομέν σοι*, nisi quod Laur. A. *ὦ*, sed a prima manu, in margine habet. Par. F. *τέκνον Αἰγέως προσπίτνομέν σοι.* Par. T. Farn. edd. Triclinianae, *τέκνον Αἰγέως, προσπιτνοῦμέν σοι.* Brunckius, Reisigius, Elmsleius, *ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι.*

V. 1752. Libri omnes *χρείας*. Brunckius in tertia editione *χρείαν* ex coniectura. Librorum scripturam, commate post *χρείας* posito, revocavit Reisigius, qui se non assequi ait, quomodo ego ad Electrae v. 1443. eam locutionem sine illa interpunctione expedire cogitaverim. Nempe persuasum mihi habeo, non ita distinxisse Graecos, quod haec dura iis et inconcinna oratio videretur, sed duas locutiones confudisse in unam. Exempla vide apud Porsonum ad Med. 1396. Elmsleius sequutus est Reisigium.

V. 1754. Quamvis hiatus excusationem a mutatione personae habeat, tamen facillime addi poterat *ποῦ τῶνδε τόπων.*

V. 1755. MSS. omnes et edd. vett. *ἀλλ' οὐ θεμι-*

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πῶς εἶπας, ἄναξ, κοίραν' Ἀθηνῶν;

ΘΗΣΕΥΣ.

ὦ παῖδες, ἀπεῖπεν ἐμοὶ κεῖνος,
μήτε πελάζειν ἐς τούςδε τόπους,
μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν
θήκην ἱεράν, ἣν κεῖνος ἔχει.
καὶ ταῦτα μ' ἔφη πράσσοντα, κακῶν
χώραν ἕξειν αἰὲν ἄλυπον.
ταῦτ' οὖν ἔκλυεν δαίμων ἡμῶν,
χὠ πάντ' ἀΐων Διὸς ὅρκος.

τὸν κεῖσε μολεῖν. Edd. Triclinianae ex Turnebi, ut videtur, emendatione *σοι* adiiciunt ante *κεῖσε*. Brunckius, *ἀλλ' οὐ θεμιτὸν κεῖσ' ἐστὶ μολεῖν*, quod Reisigius, et, licet dubitans, Elmsleius receperunt. Erfurdtius coniiciebat, *ἀλλ' οὐ θεμιτόν τινα κεῖσε μολεῖν.* Mihi facillimum simulque aptissimum visum, *γὰρ* inseri.

V. 1759. Apertum est, ita construenda esse verba, *μηδένα θνητῶν μήτε πελάζειν, μήτ' ἐπιφωνεῖν.* *Ἐπιφωνεῖν θήκην* nove dixit pro *ἐπιφωνοῦντα προςειπεῖν.* Nam cui tandem persuadebit Reisigius, sensum esse: vetuit ille quemquam vel accedere ad haec loca, vel praeter me alium adhuc dicere sacrum receptaculum?

V. 1761. Libri, *καὶ ταῦτά μ' ἔφη πράσσοντα, καλῶς χώραν ἕξειν αἰὲν ἄλυπον*, nisi quod Laur. B. *χώραν ἔχειν*, Vat. autem *χώρας ἕξειν.* Fidenter reposui *κακῶν.* Nam quis credat Sophoclem non modo *ἄλυπον* sic nudum posuisse, sed addidisse etiam iners illud et languidum *καλῶς*? Immo scripsit ille ut edidi. Sic supra v. 1515. *γήρως ἄλυπα,* et in Electra v. 1002. *ἄλυπος ἄτης.*

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' εἰ τάδ' ἔχει κατὰ νοῦν κείνῳ,
ταῦτ' ἂν ἀπαρκοῖ· Θήβας δ' ἡμᾶς
τὰς ὠγυγίους πέμψον, ἐάν πως
διακωλύσωμεν ἰόντα φόνον
τοῖσιν ὁμαίμοις.

ΘΗΣΕΥΣ.

δράσω καὶ τάδε, καὶ πάνθ' ὁπόσ' ἂν
μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν,
καὶ τῷ κατὰ γῆς, ὃς νέον ἔῤῥει,
πρὸς χάριν, οὐ δεῖ μ' ἀποκάμνειν.

V. 1770. Par. A. et edd. ante Brunckium, *πάνθ' ὅσα ἄν.* Caeteri MSS. *ὅσ' ἄν.* Apud Suidam v. *πρόςφορα* legitur, *δράσω· καὶ τάδε καὶ πάνθ' ὅσα πρόςφορ' ἡμῖν πρὸς χάριν.* Cod. Leid. *ὑμῖν.* Porsonum, *ὁπόσ' ἂν* scribentem, Reisigius Elmsleiusque sequuti.

V. 1773. Vulgo plena interpunctione post *πρὸς χάριν* posita, *οὐ γὰρ δεῖ μ' ἀποκάμνειν.* Miror neminem, ne Reisigium quidem, vidisse, finiri debere Thesei orationem versu paroemiaco. Nulla enim in tragoedia, quae a choro anapaestis concluditur, illa chori ultima oratio cum praegressis alius personae verbis numerorum perpetuitate cohaeret, sed singulari continetur et a caeteris discreto systemate. Et ita fieri necesse est. Additur enim eiusmodi systema tanquam acclamatio quaedam finitae iam tragoediae: ex quo patet, si praecedunt anapaesti, debere eos versu paroemiaco id ipsum conspicuum reddere, finitas esse partes actorum. Itaque delevi *γάρ.* Incepta est oratio sic, ut *καὶ πάντα* pendere debeat e verbo *δράσω*, sed, de quo genere saepe monitum est, iterat

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἀποπαύετε, μηδ' ἐπὶ πλείω
θρῆνον ἐγείρετε.
πάντως γὰρ ἔχει τάδε κῦρος.

---

deinde apodosin, construens *καὶ πάντα οὐ δεῖ μ' ἀποκάμνειν*, scilicet *δρᾶν*, quod latet in *δράσω*.

V. 1774. Libri *μήτ'*, idque patienter tulerunt editores omnes praeter Elmsleium.

INDEX GRAECVS.

H.

Θ.

I.

K.

INDEX LATINVS.

INDEX SCRIPTORVM.

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

8399
LGr
S712Er
Sophocles
Tragoediae; ed. Erfurdt et Hermann.
Vol.7. Oedipus Coloneus.

